Digitized by Google

CAV. LUIGI SUÑER

AUTORE DRAMMATICO

nato all'Avana il dì 11 Febbraio 1832

16 Maggio 1892

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IL S. FRANCESCO

POEMA

Digitized by Google

Digitized by Google

IL S. FRANCESCO

POEMA LATINO

DEL PADRE FRANCESCO MAURI MINORITA

VOLGARIZZATO IN OTTAVA RIMA

DAL PROF. VINCENZO LOCCATELLI

Coll' aggiunta

DEGLI ARGOMENTI E DELLE NOTE



TOMO II.

ASISI

TIPOGRAFIA EDITRICE SGARIGLIA

1852

Digitized by Google

Digitized by Google

CANTO OTTAVO

Digitized by Google

FRANCISCIADOS

LIBER OCTAVUS

Tu quoque magnanimo tellus generosa Subasis,
Si nosses tunc quantus erat mox ille futurus,
Et tibi quas laudes, quantosque parabat honores;
Laeta duci, laetisque animis gratata reverso,
Dulcisonos passim cantus, thiasosque dedisses:

Digitized by Google

IL S. FRANCESCO

CANTO OTTAVO

ARGOMENTO

Su l' egra Italia e le città del Lazio
L' ira del ciel funesto morbo invia,
E ad un sacro Veggente in questo spazio
Corre di donne onesta turba e pia.
Ei dice, che a cessar l' orrendo strazio
Preghin Francesco; e sacro indi a Maria
Faccian trapunto vel. Francesco prega,
Poscia altrove al suo zelo i vanni spiega.

I.

Anche tu generosa antiqua terra
Che del fulvo Subasio all' ombra hai sede,
Se pur sapevi qual virtù si serra
Nell' uom che a te novellamente riede,
E che vinta d' invidia alfin la guerra
D' onor n' avresti un dì lode e mercede;
Lieta che or l' abbia il cielo a te renduto,
De' tuoi plausi faresti a lui tributo.

Digitized by Google

Nec sacris pia thura focis, nec adorea deessent
Liba aris, laticumque sapor: nec postibus altis
Florea templorum, Peneaque serta negasses.

Sed jam solve animo, tristemque, age, pectore cu-
(ram
Pelle; neque offensae, tacitaeque injuria laudis
Te moveat: nutu sic rem sortitus Olympi
Rex erat aetherei: nam te meliora sub annis
Venturis (nec longe aberant) jam fata manebant.
Quippe erat ut quondam ductor, maturior aevo
Cum foret, Hetrusci linquens capita ardua saxi,
Descendensque gravis summo de vertice montis,
Et spoliis humeros inimicae stragis onustus
(Non secus atque olim, bellis jam marte secundo
Pugnatis, seu dum ipsa Getas, Parthosque fuga-
(ces,
Seu dum Arabum populos, et odoriferos Nabatheos
Insequeris, dextraque potens contendis ad Indos,
Roma, tuos patres spectabas laeta reversos)
Felices patriae, notasque reviseret aedes;
Inferretque tibi decora immortalia, fama
Queis te olim insignem, summis attolleret astris:

Digitized by Google

II.

E olibani odorosi avresti offerti
E incruenti olocausti all' are sante,
Di fronde e fior mille intessuti serti
Avresti posto a' tuoi delubri innante;
Ma non dèi già tener gli spirti incerti,
Nè già pensiero torbido e attristante
Ti rimorda s' a lui negasti onore:
Tanto or voleva il massimo Fattore!

III.

Poichè fato miglior t' aspetta, l' ora
Fortunata a scoccar già l' ali ha pronte,
Che di famiglia non più vista ancora
Ei padre scenderà da etrusco Monte;
E giù dalla silvestre aspra dimora
Carco verrà di spoglie elette e conte
A riveder la terra alma e gradita,
Dove spirò la prima aura di vita.

IV.

Così, o Roma, vedesti ai dì più bei,
In cui donna del mondo era il chiamarti
Tuo dritto, in mezzo ai bellici trofei
Domati i Geti ed i fugaci Parti:
E gli Arabi vedesti e i Nabatei
Sotto il fatal tuo brando ancisi e sparti,
Mentre poi lieta tra le palme e i fiori
Ne' tuoi lari accoglievi i vincitori.

Digitized by Google

Tuque adeo ex illo, pater o simul alme Subase,
Supra Idam, et Rhodopen, Pindumque, et Cau-
(cason altum,
Fama effulgeres; tantique insignis alumni
Nomine, ventosos tractus, et vertice nubes
Exsuperans, flavum caput alta ad sidera ferres.

Interea Ausoniae (seu dissona semina rerum
Excierant acres naturae ad praelia vires,
Seu stygiis superum spumis infecerat orbem
Tisiphone, seu perjuro cum sanguine poenas
Sic dare terrigenas divum Rex ipse jubebat)
Effera tempestas fines invaserat omnes:
Et late inserpens, corruptis undique coeli
Limitibus, funesta lues, et lethifer aer
Gentibus una aegris passim incubuere repente.
Jamque urbes altas, humiles jam livida pagos,
Ruraque, et incultos campos, et sicubi densos
Pastorum saltus inter, manus horrida suerat,
Obsedit tabes: crudelis saevit ubique
Iam vis dira mali, facibusque exaestuat atris.

Digitized by Google

V.

Oh! sì stagion verrà che ti sorrida
La sorte e il cielo con benigni rai,
E di Caucaso al par, di Pindo, e d' Ida
E di Rodope ancor famoso andrai:
Il nome dell' Eroe che in te s' annida
Sonar d' intorno, almo Subasio, udrai,
Ed oltre la region de le procelle,
Il capo innalzerai fino a le stelle.

VI.

Frattanto al ciel dell' itala contrada
A muover guerra oscuro nembo uscìo,
E sia che il regno di natura invada
Alla vita nemico un germe rio,
O che di tosco il suol spargendo vada
Furia ministra del furor di Dio;
Funesta lue già le mortifer' ali
Spiega su gli atterriti egri mortali (6).

VII.

Alte città non son, nè borghi o ville
Che al reo morbo serrar possan le porte;
Già le campagne floride e tranquille
Giacciono intorno abbandonate e smorte;
Dovunque omai tu volga le pupille
Lo spettro passeggiar vedi di morte,
Che gira intorno la fatal sua ronca,
E in cento modi cento vite tronca.

Digitized by Google

Linquit ubique animas dulces plebs aegra, trahitque
Corpora lapsa gemens: nec ruris amoena, nec um-
(brae
Altorum prosunt nemorum, tacitive recessus
Tristibus auxilio subeunt. Sude terga juvencum
Dura premens valida, stivaeque innixus arator,
Inter opus subito, tabo correptus inerti,
Occidit, et longos incestat funere sulcos:
Saepe greges mediis, armentaque bucera, pratis
Pastores rapta linquunt cum luce cadentes.

Ecce autem sine more lares, et moenia cives
Alta catervatim fugiunt: non rura petentes,
Non virides campos, nemorum aut genialia tempe;
At deserta locorum, invisaque lustra requirunt.
Hi cava montanis sub rupibus antra, ferarum
More, ineunt: hi saxosi capita aspera montis
Obsedere: alii convalles strata per imas
Corpora subjiciunt astris; nudoque sub axe,
Rore hument, ventis pulsantur, et imbre madescunt:
Nec vero effugiunt duri miserabile fati
Exitium: nusquam non plurima mortis imago,
Nusquam non teter, nusquam non tabidus aer.

Digitized by Google

VIII.

Gli egri membri strascina e a mezza via
Più d' un vuoti di spirto indi li lascia,
Nè può de' boschi la soave ombrìa
Recar lieve conforto a tanta ambascia;
Spesso il cultor che co' giovenchi uscia
Morente sul natio solco si accascia;
E spesso senza legge erra l' armento,
Mentre in mezzo il pastor gli cade spento.

IX.

I cittadini fuggono le mura
Confusamente del paterno ostello,
Nè si arrestan dei boschi a la frescura,
O al mormorar di limpido ruscello:
Ma cercan sol qualche spelonca oscura
A schermo dell' orribile flagello,
E d' ogni natural conforto privi
Siccome belve si rappiattan ivi.

X.

Altri de' monti su le brulle cime
S' arrancan frettolosi e impazïenti,
Altri dentro a vallee riposte ed ime
Credono i dì condur meno dolenti,
Ma quì pure il gelato aer gli opprime,
Quì pur loro fan guerra e pioggie e venti:
Dovunque il ciel maligni influssi piove,
Dovunque morte fa l' ultime prove.

Digitized by Google

Laetitiae primum blandae, ludique saluti
Esse adeo visi, fuerantque; at protinus idem
Exitio subeunt: quantoque impensius aegris
Indulgent animis, genioque, et corpora curis
Quo magis aegra fovent blandis, hoc acrius augit,
Corrumpitque lues caeco praecordia tabo.

Inde ubi pernicies morbi sub corde resedit
Altius acta; gravis pectus quatit halitus aegrum;
Tum superaccensam faciem rubor igneus urit:
Igne ardent oculi: linguam tumor asperat horrens:
Quassa micant tremulis singultibus ilia: tetri
Naribus illuvies it foeda per ora cruoris.
Adspiceres papulis stellantia corpora nigris;
Sed moritura brevi, et jam tum pallentia morte
Vicina, insequitur sudoris frigidus humor.
Haec tum prima mali, simul et communia morbi
Lethiferi indicia. At causas ediscere longum,
Enarrare grave est: et non tamen altius omnes
Abstrusae latuere locis, penitusve repostae
Effugere oculos; numero comprendere sed fas
Quam multas, certoque datur cognoscere visu.

XI.

Fu pensato dappria che il viver sempre
In giochi e danze e liberi conviti
Rendesse il morbo di men dure tempre
O che i corpi non fosserne colpiti.
Pure avvien che si maceri e si stemprè
Prima colui che di goder s' aiti:
S' anche da' rei pensier si tenga lunge,
Il contagio l' insegue e lo raggiunge.

XII.

Serpe il reo germe per le fibre e l' osse,
E fa il respiro del soffrente anelo;
Che come brage ha le pupille rosse
E la lingua gl' inceppa orrido gelo.
Treman dentro le viscere commosse,
Sudan le nari sozzo mucco; e velo
Fanno livide schianze al corpo intero,
E di morte il sudor giunge foriero.

XIII.

Questi gl' indizi primi e i tristi effetti
Son della tabe orribile e fatale,
Ma per ritrarne i paurosi aspetti
Favella d' uomo e fantasia non vale;
Pur non così celati ed interdetti
Sono all' indagatore occhio mortale,
Che non visibilmente anco palesi
Si facciano talor nei membri offesi.

Digitized by Google

An non lethiferis spirantes aestibus austri
Ingenitis vulgo subdunt incendia fibris?
Aridaque immissis torrent praecordia flammis?
Quin etiam (horrendum visu!) sine more per a-
(gros
Strata, per umbrosos saltus, perque avia passim,
Corpora foeda leves vitiant poedoribus auras.
Fama quoque est (stygiis qua non lethalior undis
Extulerat caput ulla lues) fontesque, lacusque,
Vitreaque, et saxis manantia flumina vivis,
Perque agros late, vallesque meantia, tabo
Nescio quo immisso puris mox desuper undis,
Pocula vipereis temerata dedisse venenis.
Quid, quod saepe anima luctante in limine vitae
Extremo, dum quis morientia lumina figit
Corpore in alterius, praecordia ad intima labem
Subdit foeda acies, atque ossibus implicat ignem?

Digitized by Google

XIV.

È forse l' Austro che spirando viene
Continuamente gli aliti affocati,
Che desta fiamme nell' umane vene,
Onde ne sono i corpi arsi e straziati.
Intanto caggion su le molli arene,
Nelle selve, nei monti, e in mezzo ai prati
Mille infelici, e il fetido carcame
Rende quell' aure più maligne e grame.

XV.

Si disse ancor (che mai di più funesto
Uscir potea dalle tartaree bolge?)
Che il vitreo lago è di veleno infesto,
E che il rivo ammorbate onde travolge.
Si disse che ogni fonte ora funesto
A chi l' avide labbia a lui rivolge
Reca invece del solito ristoro
Torbide linfe, e morte indi con loro.

XVI.

E spesso ancora il riguardar per poco
Alcun che langue e boccheggiando muore,
Fa che nel petto altrui si desti un foco
Che ricerca ogni fibra e corre al core.
L' egro scampo non ha, non trova loco,
Delirante di rabbia e di furore
Le man si morde, e le già tronche dita
Co' suoi denti talor maciulla e trita.

Hinc etiam infectos rabies (miserabile visu !)
Et caecae exagitant furiae , mentemque phrenesis
Dira ciet ; qua saepe manus sibi mordicus ipsi
Divulsas , inter duros trivere molares .
Heu ! male tum quisquam servitum accesserit aegro .
Ergo absunt matres longe , natique , patresque ;
Longe frater abest ; tanto haud se credit amicus
Exitio : nec erat qua sese credere vellet
Spes ulla auxiliis , spes ulla salutis : oborta
Undique enim dirae nigra caligine mortis
Obtecti , avertuntur opem , avertuntur et auras
Vitales ; luctuque atro , gemituque fatiscunt .
Quid tum Phillyridae , quid rere Machaonis artes
Posse , aut dictamum , panaceamve ? Acrius ipsis
Nimirum officiunt primis : frustraque petuntur
Montibus ex altis , aut imis vallibus herbae .

Ergo adeo infaustae Romana per oppida gentes ,
Quantaecumque atris superant jam mortibus , acrem
Exercent gemitum , et tristes sua funera lugent .
Desunt qui tumulos ponant , quique ossibus urnas
Collectis statuant , et carmine nomina signent .

Digitized by Google

XVII.

Non è chi vegli de' morenti il letto:
Il padre fugge i figli, e si consiglia
Lasciar la madre il proprio pargoletto,
Nè l'amico per l'altro si periglia.
Così 'l timor di morte ed il sospetto
Tenacemente agli uomini s'impiglia,
Ch'odiando gli agi e fino il rai del sole
Sfogansi in pianto e in flebili parole.

XVIII.

In tanto strazio che giovar potea
L'arte di Macaone e del Centauro?
Che dittamo poteva o panacea,
O aver côlti, palagï, argento ed auro?
Ognun trovava morte ove credea
Trovar non che salute alcun restauro,
E indarno iva per monti, e in valli ascose
Mediche erbe cercando e portentose.

XIX.

Gli abitator delle città latine,
Quanti di morte vittime non sono,
Van traendo le vite egre e tapine
E fanno udir d'alti lamenti il suono.
Le salme intanto di chi giunse al fine
Son lasciate da tutti in abbandono,
Nè v'è chi ponga lor pietoso avello,
Nè una memoria, e un nome indi su quello.

Digitized by Google

Corpora vix terrae infodiunt ; vix aggere pulvis
Additur exiguo circum ; vix ultima dicunt
Verba : sed , heu ! passim quam multa sub aetheris ora
Nuda jacent . Quis vulgus inops , heu ! funere donet ?
Aut saltem quis humo tegat , et de more recondat ?
Horrent usqueadeo viduatae civibus urbes :
Horrent templa deum , squallentque sine ignibus arae:
Desertaeque viae , fora , compita , tecta silescunt .
Squallet ager : sata nulla virent : genialia torpent
Rura : silent pagi : pagorum exesa per agros
Armamenta jacent : operum quoque torpet agrestum
Cura , laborque gravis : passimque armenta , gregesque ,
Tondentes campos , nullo custode vagantur .

Praecipue vero deserta , Subase , colonis
Arva tua abductis squallent , horretque sub alto
Vertice oliviferum latus : it Tritonia virgo
Humentes dejecta oculos ; collesque relictos ,
Marcentesque oleas , nec jam de more comantes ,
Luget , et indomitos effundit pectore questus .

XX.

Un solco appena della terra ignuda
Le accoglie e le ricopre eterno obblio:
Giaccion molte inumate, e chi le chiuda
Non è fra zolle, e che lor dica addio.
Fa intanto le città peste sì cruda
Deserte, e senza onor l'are di Dio:
È squallida ogni via, muta ogni piazza;
Sol ivi morte e orror corre e gavazza.

XXI.

Sbieca l'ortica sulle pingui glebe,
Nè vi nascon salubri erbe nè fiori,
Lascia sue ville l'atterrita plebe,
Lascian l'aratro i timidi cultori:
Ogni opra tace, e van pecore e zebe
Chiamando coi belati i lor pastori,
E senza chi di lor si prenda cura
Gir le vedi sbrancate a la pastura.

XXII.

Sotto il tuo capo che di eterni olivi
Inghirlandi, o Subasio, i campi stanno
Più assai di agricoltor diserti e privi,
E più freschezza e più beltà non hanno.
Minerva intanto sui diletti clivi (2)
Volge lo sguardo, e in cor geme d'affanno,
Che marcir vede il sacro frutto, donde
Stilla in copia il salubre olio e si fonde

Sed jam laeta dies aderat mortalibus aegris ,
Qua Genitor divum , et magni Reguator Olympi
Exitium infandum , atque immania funera ab alto
Tandem hominum miserans , crudelem averteret oris
Jam cladem Ausoniae , et poenas compesceret atras .

Quis vero hanc veniam coelo deduxerit alto ,
Et Patris ultrices magni placaverit iras ,
Dicite , Coelicolae (non poscimus extera vobis)
Dicite : res manet : exiguo sed murmure quondam
Nos docet , et famae tenui ciet aura volatu .

Stat latere in medio flavi praerupta Subasi
Rupe silex alta , devexi lumina Phoebi
Ignea prospectans , subterque patentibus arvis
Fronte minans celsa , gressuque haud trita frequenti
Huic veteres saxo jam primis nomen ab annis
Indigenae fecere Rubro , servantque minores :

Digitized by Google

XXIII.

Ma già spuntava il sospirato giorno,
In cui l' alto Rettor dell' universo
I lumi mosse a questo esiglio intorno,
E vide il mar di pianto ov' era immerso.
N' ebbe pietade, e libero il soggiorno
D' Ausonia volle dal suo mal perverso;
Che tanto lutto e il tollerato strazio
Il suo divo furor rese già sazio.

XXIV.

Chi poi fe' forza al Nume onde vergasse
Del supremo perdon l' alto decreto,
Chi più mite alla terra annunzïasse
Farsi l' ira di Dio nel suo secreto,
Lo dite, Angioli, voi; voi che alle basse
Nostre menti il narrar non v' ha divieto:
E intorno già con murmure sommesso
Narra la fama a cui fu ciò concesso.

XXV.

Del Subasio nel mezzo all' ardua mole
Su rotte schegge un alto scoglio siede,
Che ognor sorriso dal cadente sole,
Sotto campagne floride si vede:
Torreggia col suo capo, e rado suole
Stamparsi sul suo dosso orma di piede:
Fin dai tempi vetusti e nei recenti
Sasso-Rosso lo dissero le genti. (3)

Digitized by Google

Hic spelunca fuit tum dorso subdita montis ;
Ora aditus cui caeca , altoque haud pervia Phoebo ,
Sed tantum occidui sero lustrata rubore .
Ante fores modicas antri jacet area parvi
Vestibuli ; quam sublustris , tremulisque coruscans
Scena umbris , circum ilicibus frondentibus ambit .
Non strepit hic aer ; non turbine concitus atro
Miscetur ; non insurgunt ad praelia Cauri .
Quale nemus crescit , dum quis geniale fluenti
Excoluit littus , seu collem implevit amoenum
Arboribus laetis ; laurum Parnassida primam
Figens , tum Paphias myrtos , nigramque cupressum ,
Nec non auricomas lauros , tua robora , Mede ,
Per longos hederas dans tandem inserpere truncos :
Talia protentis , pariterque hinc inde reductis
Fert humeris antro Saxum tutamina Rubrum ;
Et circum arboribus laeto simul ordine junctis ,
Vestibulum obnubit sacrum genialibus umbris .

Digitized by Google

XXVI.

Ivi s' apre uno speco oscuro e tetro
A cui saluta il dì quando sol manchi,
Vestibol breve ivi si scorge, e dietro
Un ostello a cui l' elci ornano i fianchi.
Ma non stride fra questi in crudo metro
Coro, nè turbo avvien che mai li stanchi:
Il silenzio vi regna e mesto e pio
Fu asilo ognor di chi ricorse a Dio.

XXVII.

Come bosco talor, se intorno ad esso
Scorre torrente ad irrigar le zolle,
D' arbori il vedi in lieto ordine e spesso
Circondar, ricoprire il vicin colle:
Già il lauro onor di Pindo, ed il cipresso
Nero vi sorge sopra e il mirto molle,
Vi sorgon l' ardue quercie, e colle braccia
Tortuose lo stel l' edra ne allaccia;

XXVIII.

Tal la spelonca tacita e romita
Che s' apre in grembo della fulva rupe
Tutta da enormi scogli è circuíta,
Ond' è che sotto il monte si dirupe.
Alberi densi, i cui rami marita
L' uno all' altro, vi fan l' ombre più cupe;
E in mezzo al sacro rezzo ed al mistero
Se ne chiude l' accesso al passeggero.

Digitized by Google

Ergo hic non sedes dirarum foeda volucrum ;
Non immunda feris statio , catulisque ferarum ;
Non gemit informis ferali carmine bubo ;
Non quicquam obscenum , nil denique trux , nihil
(atrum :
Sed tantum aetherei plausus , sacrique canores
Assultant circum ; et dulces sub frondibus alte
Arboreis resonant voces , et carmina divum .
Quippe hic aligeris coeli (si credere dictis
Agrestum fas est) choreis gratissima sedes :
Nam credunt sese alarum , narrantque per auras
Et vidisse umbras , celeresque audisse volatus .
Ex illo indigenae saxum terroribus , et jam
Relligione sacrum , sese expavisse fatentur .
Quo vero haec tandem , cui rara , insuetaque divum
Munera , cui mitis laeta indulgentia coeli ,
Ingeniumque loci placidum , rupisque benigna
Stat facies ? Nempe id non tu , fortuna , procaci
Das nutu ; aut temere alta suo sine sidere moles

Digitized by Google

XXIX.

Tace il solingo luogo, e nol profana
Oscena voglia o rabbia furibonda,
Belva feroce non ci fa sua tana,
Non vi stride sparvier, nè upùpa immonda.
Ma angelico drappel con dolce e strana
Melodia lo riempie e l'ingioconda,
E par che anche le foglie, e i sassi e il vento
Mandino voci d'eternal concento.

XXX.

Sovente quì d'aligeri celesti
Scendono a carolar festosi cori,
Se pur l'orecchio credulo si presti
All'affermar di semplici pastori.
Spesso il ventar dell'ali e delle vesti
Ne udiro quegli agresti abitatori,
Onde per terror sacro e per rispetto
Fuggon quell'incantato almo ricetto.

XXXI.

Tanta grazia di ciel, tanto favore
Perchè piova su quel, chi dir potrebbe?
Perchè sì largo eterëo splendore
Il Sol divino compartito gli ebbe?
Quì alberga pace, e quì son sacre l'ôre,
Sacra ogni pianta germogliovvi e crebbe;
Nò, questo non potea caso o fortuna:
È il ciel che tanti pregi ivi raduna.

Exurgit : sed Rex superum bonus ipse colono
Venturo quondam sub rupe paraverat antrum ;
Panthiadae vatis nimirum , in sede quieta ,
Hospitium felix . Ergo insons , labis et expers
Ille , dies agit hic , vitioque excelsior omni ,
Exemptusque animum fatis , rebusque caducis ,
Spemque , metumque domat ; curisque e pectore magno
Impuris longe ejectis , mens ignea tuta
Arce sedet , verum cernens , atque otia captans :
Qualia , mox prima nascentis origine mundi ,
Aurea gens nemoris carpsit (brevis hora !) sub umbra
Auricomi stabulans , et adhuc ignara malorum .
Denique in ambiguis , hic rite Subasides omnes
Concursu gentes poscunt responsa frequenti :
Ille canens , trepidis divina oracula pandit .

Digitized by Google

XXXII.

Ostel sì queto ad un mortal lo stesso
Dio preparò su l' ardüa pendice:
Già il figliuol di Panteo si cela in esso,
Del sacro speco abitator felice.
È quì un viver beato a lui concesso,
Quanto in mezzo a le pompe altrui non lice:
Lui non deturpa colpa, e lui non tocca
Cosa alcuna che sia caduca e sciocca.

XXXIII.

Maggior della speranza e d' ogni tema
Mai dente il giunge di terreno affetto,
Ma colla mente di rimorsi scema
Trova nell' ozio suo dolce diletto.
Così la sua felicità suprema
O presso un rivo, all' ombra d' un boschetto
Trovava l' uomo nel beato Eliso,
Finchè si piacque d' Innocenza al riso.

XXXIV.

Allor che raggio di nimica stella
Alle genti minaccia aspra ventura,
Corrono a torme alla silvestre cella
Gli abitator delle subasie mura:
E a lui del mal che gli ange e li flagella
Chieggon mercè con affannosa cura,
Ed ei d' etereo foco i lumi accesi
Fa lor del ciel gli oracoli palesi.

Digitized by Google

At vero Ausonias pestis dum cladibus oras
Foeda comest, sparsisque furens, et hiantibus hydris
Tisiphone infelix agit atra per oppida morbos,
Infandosque obitus, et funera miscet ubique;
Panthiades, sacri custos sanctissimus antri,
Alta tenens summae, pavataque culmina rupis,
Nunc prece, nunc tristi gemitu, lacrymisque profusis
Compellat, crebrisque vocat pia numina votis:
Tentat et ultrices detur mollire precando
Si qua iras superum, veniamque exposcere terris.
Ad quem suppliciter, de more, Subasides urbe
Effusae properant matres; ac tristia palmis
Pectora tundentes, ululatuque aethera diro
Complentes, scandunt flavum longo ordine montem.
Jamque aderant, jamque adstabant radicibus imis
Rupis faticanae: quibus alto e vertice saxi,
Divinus sacro vates excitus ab antro,
Continuo laetum dat sese, ac talibus infit.

Parcite moerentes luctu, jam parcite, matres.
Ulta deos, spretasque aras satis ulta deorum,
Nimirum funesta lues: jam prorsus ubique
Supplicii exhaustum satis est: satis ora superque
Ausonis acta malis, poenasque expendit acerbas.

Digitized by Google

XXXV.

Mentre così d' Italia in ogni riva
Spargea il crudo flagello e stragi e morti,
E Aletto intorno seminando giva
I lividi angui a la sua chioma attorti,
La prole di Panteo fin dalla diva
Sua stanza i lutti immensi avea già scorti,
E co' suoi voti e de' sospiri al suono
Implorava da Dio grazia e perdono.

XXXVI.

Piangenti allora, e con sommessa fronte
Uscian de la città le asisie domne,
E colle bianche man fean danni ed onte
Al petto, al crine, e alle modeste gonne.
La mesta compagnía prese del monte,
Già Sen venne alla rupe e già tocconne
La vocal cima. Il Vate al ciel s' affisa,
Poi benigno favella in questa guisa.

XXXVII.

— Date posa al lunghissimo singulto
Afflitte madri, e a' vostri pianti amari,
Già si chiama il Signor placato ed ulto
Di tanto sprezzo ai venerandi altari;
Già la tabe feral dell' empio insulto
A Dio recato fe' vendetta pari;
Su l' eterna bilancia egual già pesa
La pena tollerata e l' alta offesa.

Nunc Pater omnipotens (audivi , his auribus hausi)
Despiciens terras mulctatas cladibus atris ,
Atque animo miserans viduatas civibus urbes ,
Haec secum ipse dolens , alto sub corde loquutus .
O regio infausta , unquam ne eripiere nefandis
Casibus ? o nimium diris exercita fatis ,
Totque malis adeo vexata , tot excita poenis ,
Te ne decet sperare manu jam posse levari
Humana ? dabitur ne tibi has evadere clades
Mortali auxilio ? an superum magis aethere ab alto
Fessa ciebis opem ; lachrymisque , humilique precatu ,
Rebus in afflictis , divos pulsabis ad aras ?
O vos , Coelicolae , o tandem miseresce labantis ,
Heus , Latii , nostrorum aliquis : tutare , vademque
Te mihi dede volens , et fulmina saeva reponam .

Sic breviter secum Genitor : cui Filius ultro
Adstitit , et contra haec non importuna Parenti .

O Genitor (omitto innumeros , tua robora , coetus
Alituum ; adscitosque astris de gente colonos
Mortali , et superum donatos sedibus altis)
En mea (cui nostri proceres , cui sidera parent ,

Digitized by Google

XXXVIII.

L' Onnipotente (ed io testè l' udia)
Veggendo il suol brutto d' oscena clade,
E quanto ogni città vedova or sia,
Sclamò dolente nella sua pietade:
« Ahi mesta Italia, qual crudele e ria
Sorte fa strazio delle tue contrade?
Chi tra capegli or ti porrà la mano?
E ti potria salvar soccorso umano?

XXXIX.

E tu lo speri, o illusa? e tu fidare
D' argomenti mortali ancor vorresti?
Meglio non fia che ti ristringa all' are,
E piangendo mercè chiegga ai celesti?
Cittadini del Ciel! se in voi destare
Posson pietà del Lazio i guai funesti,
Correte; alcun di voi ne sia sostegno;
Io la folgor depongo e in un lo sdegno.

XL.

Così l' eterno Genitor: rispose
A lui diletto ognor l' eterno Figlio:
« O Padre, lascia pur le numerose
Schiere ministre del tuo gran consiglio,
E lascia l' alme che quassù ripose
Virtù durata nel terrestre esiglio;
Basta or sola a stornar peste sì ria
Dall' italo terren la Madre mia:

Maxima cui late solido de marmore templa
Mille gerit tellus, cui sustinet aurea mille;
Cujus et ingenti de nomine, sacra colentes
Innumeri delubra chori, simul ordine festos
Instituere dies, cumulantque altaria donis)
Mater adest. Ecquid tutela potentior usquam est?
Hanc metuunt tristes regni illaetabilis umbrae:
Hanc, dum saevit hyems, dum fluctibus aequora
(canent,
Dum cava discerpunt obnixi nubila venti,
Audit, et aequato sternit freta marmore Nereus;
Undarumque minas frangit, tumidasque procellas.
Scilicet haud potis haec tantis obstare ruinis?
Non haec Ausonias valide tutabitur oras?

Praeterea, oranti quem tu, Pater, anguis olim
Saepe mihi, monstrasque aeterna mente futurum;
Quemque adeo similem nostra haec mihi signa, pa-
(remque,
Dum proceres dictis equidem solabar amicis
Nostros, venturum promisi saepius ultro:
En vigil arcano, noctesque diesque, sub antro,
Indulget gemitu; fletu large irrigat ora;

Digitized by Google

XLI.

La Madre mia, che appellano regina
Questi spirti del cielo abitatori,
E cui la terra misera e meschina
Supplice chieder suol grazie e favori,
E solenni delubri a lei destina
E l'are benedette orna di fiori,
Mentre le genti genuflesse intorno
Chiaman dal nome suo ben più d'un giorno.

XLII.

E qual potrebbe schermo esser maggiore?
Lei temon l'ombre dell'oscuro Averno,
Ed il primaveril dolce tepore
Succede s'ella vuole al crudo verno;
S'ella vuole, del mar cessa il furore,
Cessa de' venti il battagliare alterno.
Basta all'uopo ella sol: dalle malvagge
Sorti ella può salvar l'ausonie spiagge.

XLIII.

Vedi inoltre l'eroe, che al pregar mio
Talor mostravi ad apparir già presso;
E che il suo corpo mansueto e pio
De' segni avrebbe, ond'io mi glorio, impresso.
Tale il ritrassi profetando anch'io
A questo eterno celestial consesso,
Ed ecco ch'ei già spira, e giorno e notte
Per altrui versa lacrime dirotte.

Multa orans divos, onerans multa aethera votis
Supplicibus, precibusque piis; avertere si qua
Finibus Ausoniis dirae contagia pestis,
Iraruuque aestus valeat lenire tuarum.
Da, Genitor, da quod petit hic: da protinus, optat
Quod mea chara Parens: da quod meruisse lacertos
Hos tunc ipse dabas, cum me altus ad aethera malus
Conspectum populis tulit, atque invexit Olympo.

Filius haec: contra Genitor (cui totus inhaerens,
Mox totum sese cum tota iuumiscuit aura,
Osculaque alta ferens) alto sic intulit ore.

Nate, quid hoc precibus tantis onerare necesse est?
An ne quod ipse petis, non tu praestare roganti,
Nate, queas? Majora potes quam quae exigis: aut (quid,
Quod nequeas, usquam est? Tibi enim, tibi ma- (ximus aether
Paret ovans: cumque ingenti te sidera mundo
Auctorem, dominumque suum famulantia norunt.

XLIV.

E con gemiti lunghi e con singhiozzi
Ei va stancando la pietà del cielo,
E sui mortali d'ogni colpa sozzi
Prega che tu vibrar non voglia il telo.
Prega che Italia non si pieghi ai cozzi
Del mal che al cor le porta estremo gelo,
E così fa sue fervide preghiere
Come incenso salir sino alle sfere.

XLV.

Concedi, o sommo Creator, concedi
Quanto prega colei che in me s'incinse,
E il dona in merto del sospir che diedi
Ultimo, quando vita in me s'estinse
Disse il Figliuolo: e dall'eterne sedi
Il Padre a lui baciare oltre si spinse,
E mentre allora il ciel vie più s'accese,
Così di nuovo a favellar riprese:

XLVI.

« Almo figliuolo era mestier, ch'io fossi
Supplicato così dai voti tuoi?
E quanto or chiedi a me, da te non puossi
Ai mortali accordar, se tu lo vuoi?
Nulla finora al tuo voler negossi,
Anzi tutto ch'io posso e tu lo puoi:
Tu cui serve natura, e cui le stelle
Adorandoti ognor diconsi ancelle.

Quare, agedum, seu te Genitrix, Reginaque divum
Inclyta, ductoris seu jam spectanda futuri
Aurea signa movent; modo, Nate, petentibus illis
Da veniam, indulge, da: sint rata munera faxo
Per te equidem, quaecumque hominum gens aegra
(capessat.

Haec fatus: tunc excipiens, sic Filius almam
Compellat Matrem, atque his vocibus excitat ultro.

O Genitrix, agendum (quando haec te cura reposcit)
Tu gentes quascumque meo de nomine dictas
(Sive sub extremo quantumlibet axe repostas,
Seu mediis pressas zonis, alit ubere magno
Terra parens) tutare tuo, Dea, numine sancto.
Praecipue vero Ausonias modo respice ad oras:
Pelle luem; preme, Diva, nefas; compesce cruentos
Illic Tisiphone quos nunc agit effera morbos.
Quippe una, o Mater, tu contra ire obvia monstris
Tartareis impune vales: tu fumea quassas
Eumenidum tela, una potens: anguemque superbum
Dejicis: una anguis superas lethale venenum.

Digitized by Google

XLVII.

O dunque ora ti muova il pio volere
Della Regina de' beati spirti,
O giungan del futuro Condottiere
Le stimmate divine a intenerirti,
Propizio accogli l' umili preghiere
Di quanti absorti van tra crude sirti,
Abbi pietà del lor fiero cordoglio:
Quanto vuoi, quanto assenti, assento e voglio. »

XLVIII.

Ei tacque, e il Figlio si rivolge all' alma
Sua Genetrice e poi sì le ragiona:
« Madre se pur t' è a cuore il ben, la calma
Di genti a cui 'l mio nome il nome dona,
Sia che diretto il sol bruci lor salma,
O gelin sotto la più stretta zona,
Quante spirano insomma in ogni riva,
Tu amica le soccorri, e sie lor diva.

XLIX.

Ma pria d' ogn' altro i rai pietosi e belli
Volgi benigna all' italo terreno,
E le piaghe e il dolor risana e svelli,
Di che rabbia infernal l' ebbe ripieno:
Affronta or tu quei spiriti rubelli,
Tu n' estingui le faci ed il veleno,
Tu impunemente Satana il gran vermo
Calpestar puoi del piè potente e fermo.

Digitized by Google

Nec te ullam in faciem versus deterruit unquam
Qui mare cerbereis, et terras inficit auris;
Quique ignes summo astrorum dejecit Olympo:
Sed te horret Phlegeton, te formidabilis Orcus;
Nomine et ipse tuo rex infelicis Averni
Mox tremit audito, et caecis se condit in umbris.
Ergo age, Diva, tuos dextro pede vise clientes.

Audiit extemplo Genitrix pulcherrima Natum,
Dulce oculos dejecta, suum; et pia dicta capessit.

Haec modo siderea divum Pater optimus aula
Consilia humanis prudens de rebus habebat.
At postquam Virgo, Regis divina potentis
Audivit jussa (o matres, vidi ipse, notavi,
Accepique sonos mente, exultantiaque astra
Mox circum adspexi) laetos contorsit ad imas
Laeta oculos terras: et inexsaturabile monstri

Digitized by Google

L.

Nè, per quanto terribile, ti fece,
Donna del cielo, paventar giammai
Ei che sovente col suo tosco infece
Il mar, la terra, e de le stelle i rai.
Tu nel suo letto di bitume e pece
Flegetonte tremare, e l'Orco fai;
Tu fai l'ira di Dite e vana e fioca:
Scendi dunque pietosa a chi t'invoca. »

LI.

La bella Madre dell'eterno sole
Ch'innamora di grazie il paradiso,
Attentamente udia queste parole,
Tutta fiammante d'umiltà nel viso.
Lassù dove si può quanto si vuole
Tanto pel ben d'Italia era deciso,
E tal soccorso si prepara intanto,
Onde asciugare il suo sì largo pianto.

LII.

E già poichè la Vergine possente
I cenni udì del suo divin portato
(Nè questa lingua, o Madri, ora vi mente
Ch'io di lor detti ascoltator son stato,
E alla danza degli astri io fui presente,
Ond'è l'alto suo trono incoronato;)
Poichè, dissi, ebbe udito il suo figliuolo,
Rivolse i vaghi lumi a questo suolo.

Digitized by Google

Tartarei indignans odium, execransque venenum
Invidiae, et primae gentis miserabile secum
Excidium repetens animo; festina gementi
Destinat auxilii Latio succurrere, et Orci
Quamprimum aethereis fera monstra avertere ab oris.

Insuper accipite haec: vestro de sanguine cretus
Vir latet haud longe, vobisque ignotus, et ultro
Dejectusque, humilisque, piosque in pectore mores
Asservans; quem deinc (medii brevis hora) sub auras
Tollentem caput, et fama super aethera notum
Adspicietis; et o vobis quae gloria surget!
Moenia qui circum vestra haec tunc laudis honores
Attollent sese, vicina per oppida clarum
Cum primum fulgere viri, et crebescere nomen
Incipiet! Quin, o matres (me nunc agit aurae,
Credite, agit vigor aetherae) mox ille, ubi fine
Defunctus, superas laetus conscenderit arces,
Conciliisque deum adscitus, nitida astra tenebit;
Assuescet votis hominum, precibusque vocari,
Fulgebitque ingens sidus mortalibus aegris.

Digitized by Google

LIII.

E indegnando l' antico odio feroce
Che nutre il crudo Sir de' regni bui,
Memor del pianto e dello strazio atroce
In che il primo mortal cadde per lui,
Ella già corre a sollevar veloce
D' Ausonia il duolo e i lunghi danni sui,
Ed a purgar questo giardin del mondo
Dal funereo d' Abisso alito immondo.

LIV.

Udite or più. Dimora in non remoto
Luogo tal uom che fra le vostre mura
Nacque, ed or mena solitario e ignoto
La vita umíl, ma immaculata e pura.
Or ben, costui fra poco al mondo noto
Nella presente e nell' età futura
Farà che giunga a la superna chiostra
Il suo gran nome, e fia pur gloria vostra.

LV.

Di quanto onor fia che rifulga e brille
Allor dell' Asio la città preclara!
Qual plauso allora le vicine ville
Al novello campion faranno a gara!
Quando al dì poi chiuda le sue pupille
(Mel credete, che il Nume or mi rischiara)
Al ciel n' andrà, novello astro ai smarriti,
Che invocheranno lui con preci e riti.

Digitized by Google

Ergo hic praeruptae secreto rupis in antro
Nunc latitans, gemitu tristis, supplexque, profususque
Assidua cum voce vocat, pulsatque supremos
Coelicolas, terrisque infandam expellere cladem
Contendit: jamque aethereus Pater adspicit illum
Mitior, orantique offert placabile pectus.
Hic vir, hic (audistis) quem pridem Filius orans,
Ipse sibi assimilem sua signa, ducemque futurum
Invictum ceciuit, supremoque obtulit ultro,
Objecitque Patri; hic, caecis erroribus actis,
Gentilibus auxilio venit: et quos decolor aetas
Infecit, mores rursum excolet ore, manuque;
Componetque novos ritus, vitaeque salubres
Ostendet leges; atque ad meliora reducet
Degeneres populos, felicia saecula condens.
Sed jam, ne (moneo) vos hunc modo quaerite, neve
Illius, ante diem, libeat cognoscere cultum.

Digitized by Google

LVI.

Nel grembo intanto di spelonca tetra
Fervidi voti e gemiti profonde,
E assiduamente la pietade impetra
Di lui che se si chiama ognor risponde.
Già tanto il suo pregar lassù penètra,
Son le lacrime sue così feconde,
Che Dio lo sdegno ammorza, e queste rive
Dell' orribil flagel saranno prive.

LVII.

Costui, costui che profetò l' Eterno
Pari al suo figlio ne' divini segni,
E che duce sarebbe, al cui governo
Fiorirebber di Cristo i santi regni,
Costui guidato da favor superno
Disnebbierà gli ottenebrati ingegni,
E il fuorviato secolo profano
Ristorerà col senno e con la mano.

LVIII.

Costui maestro di novelle usanze
Darà precetti di salute al mondo,
Che spogliate le antiche aspre sembianze
Aspetto assumerà nuovo e giocondo,
E rivivendo a facili speranze
Non gemerà più di miseria al fondo;
Ma, ve l' impongo, nol cercate ancora:
Di tributargli onor non giunse l' ora.

Digitized by Google

Tempus erit (brevis hora) ferens cum splendida
(signis
Auricomis membra , atque astris ardentia quinis ,
Aurorae fines , extremaque littora Calpes
Nomine percurret claro , et lustrabit utrosque
Aethiopas : quin vester adhuc inglorius , atque
Vix Latio auditus sola jam voce , Subasus ,
Supra Idam , et geminum Parnassum , et culmen
(Olympi ,
Supra Haemum , et Rhodopen , Tauriumque et Cau-
(cason altum ,
Nomen inexhaustum feret , et caput inseret astris .
Nunc vero sat scire olim quae gaudia vobis ,
Quae sors fata dabit , bona quae Pater altus Olympo
Demittet terris ; quibus et vir protinus oras
Exitiis Italas , et moenia vestra levabit .

Interea his quae dicam , animos adhibete paratos ;
Consiliisque meis , matres , parete volentes .
Ite , negata diu , et more intermissa profano
Reddite liba aris ; neglectaque sacra frequentes ,
Ite , novate deum ; templisque reponite honores .

Digitized by Google

LIX.

Verrà stagion che splenderà per cinque
Piaghe, anzi andrà per cinque stelle chiaro,
Ed a regioni barbare e longinque
Sua fama volerà de' venti al paro.
Già la sua prima oscurità relinque
L' Asio, fatto per lui noto e preclaro,
Già superbo s' innalza e il ciel disfida
Più d' Olimpo e di Pindo e d' Emo e d' Ida.

LX.

Ma vi basti saper, che assai vicino
Gaudio v' aspetta, o dolorose Madri,
E che placato il perfido destino
Or dì prepara men funesti ed adri.
Saper vi basti, che il favor divino
Influssi or pioverà dolci e leggiadri,
E quel campione all' ultima sventura
Torrà l' Italia e queste vostre mura.

LXI.

Piuttosto a ciò ch' or dico attentamente
L' orecchio, o donne, porgere vi piaccia.
Ite, ed all' are in atto penitente
Stendete insieme supplici le braccia,
All' are sì deserte, e sì sovente
Caricate di sprezzo e di minaccia:
Ite e giusta l' avito almo costume
Rendete onore al provocato Nume.

Digitized by Google

Instaurate pios ritus, et ad aethera palmis
Sublatis pulsate deos, divumque supremum
Voce ciete Patrem, totisque in vota vocatis
Coelicolum cuneis, onerate altaria donis.

Jam vero, quo tantarum certo ordine rerum
Successus fortuna regat, vos cogite primum
Virgineos coetus, matronarumque catervas:
Solemnesque die sacrata ducite pompas,
Limina sancta deum celebri de more terentes.
Praecipue vero ante alios, vos munera poscit
Siderei Regina poli: primam illius auram
Implorate animis, donisque orate potentem.
Tum pueri, scelerum gens expers, inscia culpae,
Atque ignara animi fraudum, et purissima corda,
Linigeri vobis procedant ordine longo;
Et magna incensas Divae sistantur ad aras:
Rite ubi carminibus sacros puerilibus ortus
Coelestis dicant Regis, Matrisque verendos
Intactae partus, illibatumque pudorem.

Digitized by Google

LXII.

Rivivano i solenni e venerandi
Riti ed il culto fervoroso e pio,
E il vostro labbro e il vostro cor domandi
Ognor mercè fervidamente a Dio.
Ogni altare per voi s' orni e inghirlandi
De' Santi cui devoto è il suol natio,
Perchè vi sian possenti al divin trono
Mediatori di grazia e di perdono.

LXIII.

Indi perchè sorrida la fortuna
In cose tanto perigliose e vaste,
Solennemente adunisi ciascuna
Tornando a la città che or or lasciaste,
Ed al tempio movete ad una ad una
Matrone insieme e verginelle caste,
Ma s' abbia i primi doni e le preghiere
Colei che diva siede in su le sfere.

LXIV.

In ordin lungo vi precedan molti
Garzoni, ancor di colpa anime ignare,
Che tutti in lini candidi ravvolti,
Sostino di Maria presso all' altare.
Colà d' intorno in bella gara accolti
S' odan con infantil voce laudare
Del re del ciel la bella genetrice,
A cui vergine e madre esser pur lice.

Vos parte ex alia, non aspernabile pepli
Egregii, moneo, quamprimum intexite velum,
Arte laboratum, simul ostro dives, et auro;
Domum ingens superum Dominae, coelique potenti
Reginae; et pulchrum simulacro tegmen eburno.

Principio magnae texto formetur imago
Viva Deae: cui deinde hominum, divumque Repertor,
Irarum exardens aestu, dextraque corusca
Fulmina demittens terris, et turbine sontes
Mortales caeco involvens, super arduus instet,
Incumbatque minans; et jam dispendia gentis
Urgens humanae, Pyrrheos advocet imbres.
Tum Regina potens, necquicquam territa, Patrem
Leniat, ardentisque animi demulceat aestus:
Proteutisque ulnis, et passae tegmine pallae,
Mortalem excipiat gentem, et tutetur eamdem.
Postremo heroem patrium velaminis ora
Ima gerat; quem gnara manus circumdet amictu
Horrenti: dehinc perfossum thoraca, pedesque,

Digitized by Google

LXV.

Daltronde voi, se vi può giunger questo
Consiglio accetto in sì fatal momento,
Date opra a un velo che si vegga intesto
Di bisso e d'oro e di forbito argento;
E desso un dono sia pudico e onesto
A Lei che regna sopra il firmamento,
Voi n'adornate poi con modo vago
Da capo a piè la sua votiva imago.

LXVI.

Ivi ritrarne con la man maestra
Dovrete pria la sua bella persona,
Quinci il Figliuol che dall'irata destra
Slega lo stral che disfavilla e tuona;
E alla sua vampa procellosa, a destra
E a manca il mondo d'alti omei risuona,
E sembra appunto che paventi e tema
A lui presente la rovina estrema.

LXVII.

La potente Regina in dolce e santo
Atto il furor del Nume disacerbi,
E distenda le braccia e del suo manto
Faccia schermo ai mortali empi e superbi.
L'ultimo luogo a Lui che un dì fia vanto
Dell'Asio vostro indi per voi si serbi,
E con industre magistero il fate
Cinto di spoglie ruvide e spregiate.

Digitized by Google

Insignemque notis palmas rutilantibus auro,
Passaque sidereo tendentem brachia coelo,
Effingat, magnumque Patrem simul exorantem.
Hoc ebur, o matres, tandem velamine sacrum
Induite: his grates Divae persolvite donis.

Haec ubi supremo vates e vertice saxi
Praecinuit, monitisque accendit pectora matrum
Tristia lugentum, siluit; notumque sub antrum,
Surripiens sese, levis, aversusque recepit,
Ancipites animis linquens, ac multa parantes
Dicere: nec coram sese deinde obtulit ultra.

Illae autem pavidae (neque enim rerum omnibus ordo
Notus erat, nec foemineis sub cordibus alte
Haerebant adeo divini carmina vatis)
Diversa inter se variis evolvere votis
Consilia. Hae vatem rursum tentare rogatu
Sollicito, monitusque addiscere pressius optant.

Digitized by Google

LXVIII.

Abbia le mani, abbia le piante e 'l petto
Impressi de le mistiche ferute,
E al ciel rivolto con sommesso aspetto
Paja all' Eterno dimandar salute.
Alfin del simulacro benedetto
Supplici e reverenti appiè venute,
Lo rivestite del trapunto velo,
Rendendo grazie a la gran Dea del cielo. —

LXIX.

Poichè dal sommo vertice del sasso
Ebbe detto tai cose il sommo Vate,
E soave fiducia entro il cor lasso
Fe' rifiorir di quelle sconsolate,
Tacque: e allo speco suo rivolse il passo,
Nè da lui furo altre risposte date:
Che s' inselvò fra gli alberi e sparío,
Lasciandole nel dubbio e nel desio.

LXX.

E poichè non del tutto a lor palese
È delle cose ancor l' ordine e 'l modo,
Nè ben del Vate il favellar cortese
In quei cor femminili ha fisso il chiodo,
Ciascuna d' esse variamente prese
Degli eventi futuri a sciorre il nodo,
E volle anche taluna ad ogni costo
Colui seguire ch' erasi nascosto.

Digitized by Google

Ast aliae : Quid rursus eum compellere oportet ,
Edere quae dictis jam fata exsolvit apertis ?
Quid monitus vobis , quid lucis egere videntur
Jussa ? Diem sat scire , jubet quo ducere pompas
Solemnes , ferrique sacris pia munera templis .
Pars (cupere ut semper nova , semper foemina suevit
Irruere in vetitum) : Quin nos sub rupe latentem
Montis (ait) patrium heroem , qui voce potenti
Iratos placat superos , magnumque Tonantem
Conciliat terris , et certo foedere jungit ,
Quaerimus , aeque antris abductum , sistimus aris ?
Quaeramus : quippe ambages , obscuraque vatis
Divini verba exsolvet mox ille repertus :
Ille dabit vires animis , operumque labori
Consiliis aderit , simul auxilioque juvabit .

Digitized by Google

LXXI.

Taluna poi più saviamente disse:
— Che v' ha mestier d' interrogarlo ancora?
Quanto in cielo di noi già si prefisse
Non ci svelò colle sue labbra or ora?
Il solenne espïar che ci prescrisse,
L' udiste già: tutt' altro inutil fôra.
Or basti il dì saper, che il nostro dono
Si rechi al tempio ad impetrar perdono. —

LXXII.

Una parte di lor (chè sempre al peggio
Tendon le donne e a ciò che lor non lice)
— Che più ci vaglia l' indugiar non veggio,
Gridava, or quì su questa erma pendice.
N' andiamo all' antro, ove ha dimora e seggio
L' ignoto Eroe che quivi ebbe radice,
E che ispirato da possente zelo
Ognor co' preghi suoi fa forza al cielo.

LXXIII.

Sì, lui cerchiam, perchè benigno allume
I nostri incerti e debili intelletti;
E se niuna di noi tanto presume,
Ei sol del Vate ci rischiari i detti.
Ei presti al fiacco nostro ardir le piume
Ed ispiri fiducia ai nostri petti,
E in casi tanto perigliosi e novi
Noi di consiglio e di soccorso giovi. —

Has lites querulae miscent, diversaque matres
Consilia haec simul inculcant, et inania surdis
Dicta notis fundunt, et nubibus irrita mandant.
Non secus agrestum puerorum in margine ripae
Flumineae collecta manus, qui ponere ludos
Contendunt; strepit altercans, certatque, diuque
Dissidet, inventum praefert dum quisque; probatque
Voce, manuque suum, et primo dignatur honore.

Hic numero ex omni, Cumeae virginis una
Aequa annis, jamque ostendens Cisseida canis,
Eustorge (multa indulgens Tritonia Pallas
Fecerat insignem quam lingua, atque arte decora,
Ingeniumque sagax dederat) media adstitit ultro:
Talibus inde instans monitis, sic orsa, loquuta est.

Desinite, o matres, tandem vexare tumultu
Discordes animos; et quae modo pectore vates
Fatidico cecinit (longe mora segnis abesto)
Explete: haec equidem non expectare paratum
Ancipitem respousa reor: divina monemur
Qua, vox non hominis tantum: mihi credite, matres:

LXXIV.

Tale il femmineo stuol garrendo, adotta
Cento consigli e poi li rende nulli,
Come talor si vede a strana lotta
Presso a un fiume venir vispi fanciulli,
Che l'un dice una cosa, un lo rimbrotta,
Incerti nel disporre i lor trastulli;
Finchè i vari pensier fissa il più scaltro
E n'ha plauso ed onor sovra d'ogni altro.

LXXV.

Quì fra la schiera femminile Eustorge,
Figlia a Cisseo, de la Cumea Sibilla
Pari agli anni e canuta, a un tratto sorge,
E l'ansie di quei cor molce e tranquilla.
Vivo ingegno favella ugual le porge,
E Palla ne' suoi studì ognor nutrilla;
Sicchè tutte silenzio intorno féro,
E sì noto ella rese il suo pensiero:

LXXVI.

— L'intempestivo discordar, le gare
Lasciate, o Madri; e quanto il pio Romito
V'impose con fatidico parlare
Venga senza dimora omai fornito.
Nè che il dobbiate più stancar mi pare,
Che ancor troppo n'avete e visto e udito;
A me il credete: non mortal, celeste
È l'aura che il circonda e che l'investe.

Et sonus, et vultus color, et (si rite notastis)
Fulgor in ore sedens, et scintillantibus aequa
Lux astris, afflansque oculos, et spiritus ardens,
Hoc vobis monstrare queunt. Ergo, ite, sacrandum
Donum Reginae confestim ordiminor: aurum
Fundite, quaeque volens: scelus, hoc in munere (tanto
Parcere divitiis. Equidem haud postrema labori
Dona feram; nec si totas, quarum mihi summus
(Scitis enim) proventus, opes venerabile donum
Deposcat, moveant animum dispendia rerum.
Addo (manus neque enim, quamquam mihi frigi- (dus aevo
Jam tum sanguis hebet, nostras dea Cecropis horret)
Artis opem: et si qua ingenii solertia nostri est,
Ultro aderit: me primam operi (ne spernite) sacro
Addico: vos certatim conferte frequentes
Munera: Reginae meritos ponamus honores.
Que pompis sacranda dies, ne quaerite: Virgo
Deliget, ostendent certam, propriamque dicabit.

Digitized by Google

LXXVII.

E la favella ed il color del viso,
E lo splendor che tutto il rivestia,
Mostra ch' un spirto a lui del paradiso
Dettava i sensi ch' esprimendo gía.
Dunque tosto da noi venga deciso
Il velo trapuntar sacro a Maria;
Nè si badi allo spendio, e fia delitto
Non far d' oro tributo al don prescritto.

LXXVIII.

Non ultima fra voi de' miei tesori
Io darò parte, e non fia scarsa alcerto;
Che se sono dei vostri assai maggiori,
Così maggior fia quanto è da me offerto.
Poi l' opra aggiungerò, chè nei lavori
Femminili, il sapete, ho qualche merto,
E sotto il peso dell' età che vola
So bene ancor trattar l' ago e la spola.

LXXIX.

Se dunque merta la fiducia vostra
Questo mio qual si sia provato ingegno,
Vi sarò guida ne la bella giostra,
Nè in voi perciò s' annidi invidia o sdegno.
Di doni intanto generosa mostra
Si faccia, e si prepari il sacro pegno:
Se della pompa il dì vi diè contese,
La Vergin stessa cel farà palese. —

Haec illa. At matrum coetus simul omnis eodem
Assensu fremit, et dictis ore annuit uno.
Tum sedes patrias laetae, celeresque revisunt;
Intentaeque animos operi, dextrasque labori,
Festinant reditum. Vix alta ad moenia ventum
Urbis erat, cum fervet opus; cum rite coactum
Quicquid gemmarum patrius, longa aequora mensus,
Institor Eois pridem vectarat ab oris.
Quaeritur et multo fucatum murice velum,
Sidoniosque alte quod jam bis seuserit aestus;
Non gregis e niveo balantis vellere textum,
Stamine sed tenui, Serum de messe, petito.
Nec minus igne crepant, sensimque liquantur arenae,
Herme, tuae, lentosque Phrygum tenuantur in usus.
Hic vero hortatu matrum, lectissima turba,
Virginea tantum bissenae e plebe puellae
Sistuntur medio, coramque adstare jubentur:
Omnes carbaseis velatae corpora pallis;
Omnes in morem, nodosos, tempora circum,
Intortae crines, et vinctae retibus aureis;
Omnes edoctas a Pallade credere posses.

Digitized by Google

LXXX.

Quì tace, e tutte le matrone intorno
Assenton bisbigliando, e impazïenti
Ai patri lari affrettano il ritorno,
Gli animi avendo al gran lavoro intenti.
E giunser tosto; e in quel medesmo giorno
Recâr con bella gara i lor presenti:
V' erano arnesi d' oro, e perle, e gemme
Venute a noi dall' indiche maremme.

LXXXI.

Tosto un velo cercâr, ch' almen due volte
E appeso tra le frondi o presso un rivo
Tutti empie i campi di quel suon festivo.

Digitized by Google

Ergo omnes uno ore fremunt: stupor insuper omnes
Altus habet: simul heroem dignantur honore
Omnes divino: pueri, juvenumque catervae
Illum suspiciunt; illum admirantur, amantque
Primorum coetus patrum; observantque piarum,
Attonitisque inhiant animis tota agmina matrum.
Tum referunt ut prima dabat monita aurea pubi;
Obscenae ut fraudes, utque exitiale venenum
Nosse voluptatis, simul et vitare docebat;
Ut virtutis opes, regnumque insigne canebat:
Cum tantum illa animis felicibus aurea donet
Hospitia, et coelo sedes paret una beatas:
Contra autem exceptos pellaci fraude, voluptas
Praecipites volvat, stygiasque agat atra sub undas.

Inter primores fama notissimus urbe
Civis erat tota, sumul et ditissimus agri
Tuscorum: omnis eum primis consuerat ab annis,
Jam tum surgentem puerum, gens Lyda vocare
Oranden. Tantum hic, fama gliscente per oras
Tyrrhenas, dudum clarum, ac venerabile nomen
Francisci aulierat: multumque heroa petitum,

Digitized by Google

II.

Un fremito concorde era, chè tutti
Compresi fur d' altissimo stupore,
E in bella gara presso lui ridutti
Gli fer più che mortal divino onore.
Gli era una folta di garzon, di putti
E di vecchi dintorno a tutte l' ore;
E le madri sensibili e devote
Pendeano ai lampi de' suoi sguardi immote.

III.

E fra loro dicean, che alla lor prole
Ei sol svelò di voluttà gl' inganni,
E così bella nelle sue parole
Pinse virtù, ch' ognun fia che si sganni:
Poi mostrò lor ch' ella soltanto suole
Ai mortali donar del ciel gli scanni,
Come la diva del piacer soltanto
Dannar ne puote a la città del pianto.

IV.

Fra tutti rispettabile e ammirando
Un Cittadin v' era per sangue ed oro,
E più per merti proprî; e questi Orando
Fin da primi anni s' appellò fra loro.
Costui, poichè la fama iva narrando
Di Francesco con squillo alto e sonoro,
Ardea vederlo, ed (oh bontà di Dio!)
Venne pago ad un tratto il suo desio. (1)

Digitized by Google

Quaesitumque diu (o superum bona numina, votis
O nullis pietas non exorabilis!) olli
Tandem improvisum, insperatumque attulit ultro
Sacra dies, lux alma, favens et amabile numen.
Ergo adeo huic animus magno exardebat amore
Campellare virum, dextraeque innectere dextram.
Accessit tandem, et placido prior institit ore.

O mihi laeta dies, o felix orbita lucis
Sideraee, atque animo nimium expectata volenti;
Quae vehit optatum lumen, specimenque beatae
Nunc insigne meis oculis dat cernere vitae!
At tu, magne pater (quamquam primoribus istis
Multum hodie veneratus abis) ne despice nostros,
Quaeso, lares: meme veterem novus hospes amicum
Nosce hodie: dis auspicibus (quorum alma triumphis
Fulget inexhaustis, atque haec redit annua pleno
Orbe dies) reor haec direxti ad moenia gressus.
Sic ait, accepitque manu, et procurvus inhaesit;
Procedunt, unaque aequatis passibus ibant.

V.

Fu quest' alba felice e fu del cielo
Insperata mercè che or gli consente
Mirar l' Eroe, che di celeste zelo
Nuovo divien spettacolo alla gente.
Già vèr lui corre, e dentro il petto anelo
Destra a destra d' unir brama si sente;
E alfin lo trova, e in placido sembiante
Così parlando gli si fa dinnante:

VI.

— Oh! lieto giorno, oh! fortunata luce
Affrettata talor da' miei sospiri!
Or sovra me sì limpida riluce
Da render paghi appieno i miei desiri!
O tu di nuova gente egregio duce,
Benchè da tutti festeggiar ti miri,
Se, come pio, cortese anco tu sei
Gradito ospite vieni ai lari miei.

VII.

Or fedele un amico in me ritrove;
E in questo dì che torna sacro a noi
Per avita pietade, è il ciel che muove
All' aretine mura i passi tuoi. —
Disse, o con accoglienze oneste e nove
La man gli strinse, genuflesse, e poi
Mentre al fianco dell' un l' altro venìa,
Concordemente mossero per via.

Digitized by Google

Jamque altos subeunt postes, tectisque superbis
Succedunt: jussae extemplo stant ordine mensae.
Utque suus dapibus finis datus, ilicet ambo
Excessere toro simul, et penetralibus altis
Excepti sedere: dehinc gratissimus hospes
Occupat Orandes prior, ac mox talibus infit.

Audieram, pater (et dudum sub pectore nomen
Servo tuum) audieram sese quam clara Subasi
Tollit oliviferi, et quam forti gloria nixu
Coelum adit, et nitidis summum caput inserit astris;
Quam crebris magnae resonent tua facta per omnes
Vocibus Ausoniae fines; quam praepete cursu
Fama tuum defert Romana per oppida nomen.
Nec me dura fides tanti rumoris habebat:
Credere suasit amor pius omnia: nec malus error
Credentem abduxit, nec murmure lusit inani.
Hinc votis te saepe meis, Francisce, cupitum,
Ut tandem huc vectum adspicio! ut te nostra teren-
(tem
Limina nunc, pater, agnosco! ut juvat ora tueri
Exoptata diu! Sed enim tua maxima virtus

VIII.

E già de la magion splendida e grande
Toccâr le imposte e ne varcâr le soglie,
Dove lieta di vini e di vivande
Genial banchetto il pellegrino accoglie.
Ma trasser ambo a più riposte bande,
Poichè del ventre sazïar le voglie;
S' assiser quivi; e all' ospite cortese
Si volse Orando il primo, e a dir gli prese:

IX.

— Egli è gran tempo, o Padre, che il tuo nome
Mi suonò grato, e lo serbai nel seno;
So che l' Asio per te leva le chiome
Nelle region dei venti e del baleno.
E come grandi son tuoi gesti, e come
Di tua virtù l' italo suolo hai pieno,
Ben io mi so, chè colla sua canora
Tromba la Fama a me narrollo ancora.

X.

Nè miscreder poteva i tuoi portenti,
Chè la pietade al cor li persuase:
Coronâr la mia fede ora gli eventi,
E appieno il mio desir pago rimase.
Ecco, o Francesco, ch' or mi ti presenti
Quì stesso, in seu delle mie avite case;
Ecco ch' io posso alfin pascere i rai
In te che tanto di veder bramai!

(Quae, reor, huic hodie sese divinitus urbi
Osteudit) superat famam; et memorabile nomen
Extulit, insignique adeo claravit honore:
Dum monita ingenti tonitru coelestia pandis;
Et pubem augustis rebus consuescere suades,
Obnitique altas clarae virtutis ad arces.

Verum, agedum (quando haud animum communia tan-
(tum
Sollicitant, sed certa suum jam cura incarum
Tempus amat rerum) primum hoc, pater, accipe
de me.

Cum primaeva mihi, nec dum bene firma juventus
Vix malas tenero vestiret flore nitentes;
Non ego, quod senior studiis pater ipse parabat
Sollicitis, inhiabam aurum: sed protinus acer
Et contemptor opum, et curae aversator inanis,
Ad cultus, ad templa deum, ritusque ferebar
Sponte sacros; totaque volens cum mente vovebam
Aris pubentes annos, seniumque futurum.

Digitized by Google

XI.

Ma la tua gran virtù, che a queste mura
Il divin senno or fa che raggi e brilli,
Vince la fama, e fin che il mondo dura,
Questa per te farà sentir suoi squilli.
E già imbocca la tromba, or che all' impura
Umana razza tu il pudore istilli,
E fai che gioventù folle o codarda
Alle fiamme d' onor s' avvivi ed arda.

XII.

Or di me ti dirò, poichè non devi
Disacerbar solo i comuni affanni;
E a' mali miei, che pur non son sì lievi,
Duopo è che tu qualche ristoro ammanni.
Fiorianmi ancora al mento e rari e brevi
I primi peli in sull' april degli anni,
Nè sentia de' tesori alcun desio
Che a me vigil serbava il padre mio.

XIII.

Ma fin da quell' età presi in dispetto
L' oro di cui son gli uomini sì avari,
Nè unquanco i pregi di mortal diletto
Giunsero all' alma mia graditi e cari.
D' arcana fiamma Iddio m' ardeva il petto,
Sol beato era appiè dei sacri altari,
Là faceva i miei giorni al ciel devoti,
I miei giorni presenti e i più remoti.

Hoc autem tacitus versabam corde sub imo
Mecum ipse, expectans si fors ulla afforet unquam
Coelo lapsa dies, qua plenis auspice votis,
Tandem aris, sacrisque focis me rite dicarem:
Unde, opibus spretis, vanisque e pectore curis
Jam procul emotis, liquidis anima ignibus aurae
Aethereae flagrans, penitusque exempta caducis
Usibus, in numerum divum sublata volaret,
Et soliis tandem coeli succederet altis.
Consilii rumor sed enim contingeret aures
Multa equidem patris, vigilans, tacitusque cavebam,
Exhorrens fremitus senis, indomitosque furores.

Interea (o nostris nequicquam aequabile fatum
Optatis! o Parca obstans! o lugubre pensum!)
Festus hymen, patris accitus jam voce, per urbem
Auditur totam, mihi vincla jugalia tendens.
Fando autem nostras vox tandem percutit aures:
Tum cordi incubuit, durisque sub ossibus haerens
Altius insedit dolor, et spes excipit omnis.

XIV.

Sì soave pensier nel mio secreto
l' ravvolgea tutta la notte e il dìe,
Ed affrettava quell' istante lieto
Co' miei sospir, colle preghiere mie,
Che nessun mi facesse alfin divieto
Di seguir le mie voglie oneste e pie,
E donno di me stesso al mio Signore
Sacra potessi far l' anima e il core.

XV.

Così non davan gli agi a me conforto,
Ma sol m' empiva il cor celeste zelo.
E vivo al cielo e a questa terra morto
Io sol volare desiava al cielo:
Ma pur temea che il genitore accorto
Si fesse del desir che in petto celo;
Sapea di qual furor fosse capace,
Se divinasse quel che il labbro tace.

XVI.

Intanto (oh mio destin nemico e reo!
Oh desir vani, ed oh fallita spene!)
Il genitor di splendido imeneo
Gía preparando a me l' aspre catene;
Ciò tanto noto a la città si feo,
Che fino a me la fama ne perviene;
Io trasalii per la soverchia ambascia,
E la pace del cor fugge e mi lascia.

Digitized by Google

Tum perii, tum me nox circumfusa tenebris
Obduxit caecis, luctuque involvit amaro.
Quid facerem? quae tum praeceps fuga, quaeve la-
(tentem
Tuta satis loca, terra aut quae satis ima dehiscens
Meme ore acciperet? quae animo hic sententia tandem
Surgeret ambiguo? Patrias stetit alite planta
Linquere saepe domos; terraeque invisere fines
Desertae, et saltus, horrendaque lustra ferarum
Quaerere; longaevumque fuga deludere patrem;
Atque atro infectos luctu incestare hymenaeos.
Non hoc fata dabant, reor: inde audacia rebus
Succubuit, fateor, tantis, animusque refrixit.

Ergo aderat, thalamos quae jam de more pararet,
Taediaque ingrati me ferre invisa cubilis
Cogeret, atra dies: resonant alta atria plausu:
Pendent ardentes lychni: funalibus umbrae
Cedunt nocturnae incensis: domus instrepit omnis
Laetitia. Unus ego, haud animum mulcentibus ullis
Moerentem ludis, imo suspiria tantum
Anxia, et assiduos fundebam e pectore questus.

Digitized by Google

XVII.

Mi parve allor che orribili tenébre
Mi stendessero agli occhi infausta benda;
Le mie lacrime fur dirotte e crebre,
Immenso il duol, la mia sciagura orrenda.
Che far potea? fuggir! Ma quai latébre
In terra sono ov' io securo scenda?
E qual raggio di speme esser d' aita
Potea ne' rischi di mia dubbia vita?

XVIII.

Per più fiate il piede io sospingea
Oltre le soglie dell' ostel natio,
Chè nel confin del mondo e in qualche rea
Tana abitar di fiere avea desio:
Tal dai futuri nodi uscir credea,
Tal deluso lasciare il padre mio;
Ma tanto il ciel non volle, e fu minore
Dell' audace pensier questo mio core.

XIX.

L' alba infausta ecco spunta, ecco l' esose
Tede allumare il marital mio letto;
Di plausi intanto l' alte e spazïose
Volte rimbomban del paterno tetto.
Vincon mille doppier l' ombre, e festose
Turbe accrescon la gioja ed il diletto;
Ma fra tanta letizia io sono il solo
A cui l' anima strazi immenso duolo.

Sensit luctisonas voces, atque affuit ultro
Mox pater, et gemitus causas scitatur amari;
Nullaque non tristi spondet solatia cordi.
Dissimulans partim silui, partimque negavi,
Vera diu longis solers ambagibus abdens.
Vi contra ille instat multa: ac, de more paterno,
Nunc me blandus obit; placidis nunc aspera jungens,
Turbidus ira, acerque, minis incessit amaris.
Hic animi tandem retegens arcana profundi,
Heu! cessi, heu! perii, heu! victus fera jussa subivi
Tunc equidem infensi patris: atque exinde jugalis
Me torus invitum tenet, ac dolor angit amarus.
Nec tamen ullus adhuc (quamvis, Lucina, vocarit
Te quater ad partum conjux; quippe omnis ab ortu
Erepta est primo soboles) mihi servat avitas
Divitias haeres, vacua aut jam ludit in aula
Progenies, seram consolatura senectam.

XX.

A quei sopiri, a quei lamenti il padre
Accorse e le cagioni indi mi chiese,
E di festive immagini leggiadre
A consolar l'egra mia vita prese.
Ma per quanto nel core indaghi e squadre,
Il mio silenzio il vero a lui contese;
E tessendogli ognor menzogne nuove,
Feci ch'ognor deluso egli si trove.

XXI.

Insiste tuttavolta e a me domanda
Del mio cupo dolor l'origin prima,
E come padre suol, con faccia blanda
O con sdegnosa di piegarmi ei stima.
Alfin tutto riseppe; ed, oh nefanda
Sorte! obbedire a' cenni suoi m'intima:
Io cessi; e ritrovai fin da quel punto
Solo di spine il talamo trapunto.

XXII.

Ma finor non concesse a me la sorte
Che alcun vedessi de' miei beni erede,
Benchè due volte e due la mia consorte
La vita a un dolce pargoletto diede;
Ed altrettante pur l'avara morte
Quel caro aggiunse all'infinite prede;
Nè prole or quì veggio scherzar, che sia
Un dì sostegno a la vecchiezza mia.

Quare, age, ne tantis opibus (fortuna benigno
Quas non parca sinu rediens vehit undique nobis)
Externa de gente olim satus incubet haeres;
Tu, pater, obsta hodie, ambiguis tu consule rebus.
Sive inopum turbas alere, atque horrentibus artus
Nudatos tegere ipse jubes; sive alta per urbem
Ponere me mavis picto de marmore templa
Coelicolis, meritosque aris indicere honores,
Et festos sacrare dies de nomine divum
Edicis; mox ipse volens mandata facessam:
Nec quondam ulla animum tangent dispendia rerum.
Praeterea, quo jam non opportunius ullum
Esse tibi, coeptisque tuis, reor, accipe munus.

Stat capita attollens praeruptis ardua saxis
Undique mons, campis longe conspectus Hetruscis;
Utilis umbrosis tantum mihi saltibus, et, quae
Lanigerique greges nobis, armentaque late
Tondent, dumetis, herbisque virentibus aptus.

Digitized by Google

XXIII.

Perchè dunque quest' oro onde fortuna,
Ebbe sorrisa ognor la mia famiglia,
Non passi a tal che su straniera cuna
Sott' altro tetto aperse al dì le ciglia,
Padre, in cui tanta grazia il ciel raguna
Tu additane la via, tu mi consiglia:
Sfamar le turbe, o se miglior ti sembra,
Potrò coprirne le altrui nude membra.

XXIV.

O se ti piace pur, templi faronne
A' beati del ciel splendidi e adorni:
Li abbellirò di marmi e di colonne,
Molti vi fisserò festivi giorni.
L' imponi; io fido esecutor saronne,
Nè dispendio o sudor me ne distorni,
E tu intanto da me tal dono accetta
Che ti secondi nell' impresa eletta.

XXV.

Coronato di rupi eccelso monte
Attolle al ciel suoi fianchi alteri e foschi,
E sotto mira coll' aëria fronte
Spandersi vastamente i campi toschi.
V' è lassù più d' un pasco e d' una fonte,
Vi son duri spineti e opachi boschi,
Dove meriggian cento tauri e agnelli,
Che mi dan puro latte e bianchi velli. (2)

Exerit unde pater primo Tyberinus in auras
Fonte caput superas ; qui postquam cornua fronti
Aptarit gemina, et famularibus auxerit undas
Amnibus adscitis flavas, mox obvius austro,
Iliadae petit aurato sacra moenia cursu.
Hunc fama est, veteres olim, de more profano,
Praedonum, furumque deae sacrasse Lavernae ;
Et primum horrenti luco tum nomen ab illa
Fecisse, indigenum vulgus quod rite minorum
Servat adhuc. Exin raptorum huc agmina suerunt
Magna coire simul, nigroque in culmine montis,
Solis inaccessas radiis celebrare cavernas.
Ergo hic non laeti cantu, tenuique cicuta
Pastores mulcere greges, non carmine lites
Alternis miscere leves, non ponere ludos ;
Sed spoliis tantum praedatrix turba cruentis,
Et convectatis simul exsultare rapinis.

Digitized by Google

XXVI.

Fra le sue falde dirupate è donde
Ave il Tebro sua mossa e fuor se n' esce,
Che poi scorrendo entro più vaste sponde
Assai di flutto e di vigor s' accresce,
E più d' un fiume tributario all' onde
Sue fulve l' onda propria arreca e mesce,
Finchè ad ostro così piega e declina,
Che bagna il piede a la città latina.

XXVII.

Fra que' villici corre antica fama
Ch' ivi la Dea Laverna altari avesse;
Perciò da lei quel luogo ancor si chiama,
Quel luogo cinto d' alte selve e spesse.
E già su quella alpestre orrida lama
Stuolo di rei ladroni albergo elesse,
Dove in tetre spelonche o in vil tuguri,
Rintanati si stavano e securi.

XXVIII.

Quì non s' udian le dolci ed amorose
Armonie de le rustiche zampogne
Quì dei pastor non mai l' eco rispose
Alle mutue disfide e a le rampogne.
Ma quì le turbe audaci e sanguinose
Menavan pompa delle lor vergogne,
E sul fatto bottin facevan sozze
Feste, e briache cene ed empie nozze.

Caedibus hinc, taboque atro, sanieque tepebant
Speluncae horrentes, hominumque avulsa sub altis
Ilicibus semper pendebant ora, volucrum
Dirarum foedae rostris immanibus escae.

Advenisse diem jam nunc reor (o bona tandem,
Saxum ingens, tua nosce libens) quo nominis atri
Deponas ignominiam; veterumque malorum
Exutum probris, nemus, inmanesque cavernas
Usibus addicas sacris: nova gens, novus hospes
Adveniet; cultusque novos, novaque ingeret antris
Ille tuis spolia, et magno ditabit honore.

Ergo age (si te amor is, si fert ea corde voluntas)
Ille tibi, sociisque tuis jam cedat habendus.
Illic, longa animo dum propulsare juvabit
Taedia, et ambigui penitus commercia vulgi
Linquere, certa quies: illic laeta otia fessum
Excipient. At si (forte hoc impensius optas)

Digitized by Google

XXIX.

Qui dentro a le profonde atre spelonche
Crudeltà furïava in modo osceno;
Vi pendevan bipenni e stili e ronche,
E di sangue fumante era il terreno.
Umane membra lacerate e tronche
Pender vedeansi a la foresta in seno,
E quì dappresso i corbi a stuol volarne
Per far pasto di lor misera carne.

XXX.

Ma giunse il dì, funereo Monte, in cui
Del nome infame spoglierai l'orrore;
Ed i tuoi boschi scellerati e bui
Fian volti agli usi del divino onore.
Nelle tue rocce ermai, negli antri tui
Nuova gente accorrai, nuovo cultore;
Onde per nuove spoglie e nuovi riti
Ognun famoso al passegger t'additi!

XXXI.

Ti scuoti dunque, e se desio ti preme
Questi luoghi abitar di ch'io ragiono,
Lassù tu vanne, e i tuoi seguaci insieme
A viver solitarî: io ve li dono. —
Il mar del mondo ch'adirato freme
Ivi non giunge, e non vi s'ode il suono
Dell'umane tempeste; ivi sarete
Beati in sen di angelica quïete.

Digitized by Google

Ardet sidereas animus conscendere sedes,
Scrutarique juvat nitidas stellantis Olympi
Mente domos; scire unde animas hominumque, feraru-
(rumque
Arcessat genus; unde satis levis imber; et astris
Unde viae, unde ortus, defectus unde; quis ignes,
Luminaque inter se pugnantia temperet illis;
Ut montem, ut densum nemus, ut saxa ardua votis
Aequa tuis reor! ut specus, atque immanis hiatus
Te capient silicis, praeruptaque culmina rupis!

Praeterea in medio montis, viridissima tractu
Convallis jacet exiguo; cui, tramite recto,
Hinc atque hinc modici defendunt flamina colles;
Ilicibus densis, proceraque abiete utrisque
Exhorret dorsum; lucusque hinc inde silentem
Obnubit vallem obtentu, ac superimminet atro.
Dira loci facies, et relligionis honorem
Terrificae multum jam tum ostentare videtur:
Umbrarumque horrorem, et nigra silentia luci
Jampridem indigenae sese expavisse trementes
Haud temere agrestes perhibent: audisse canores,
Quippe inter densas frondosi culminis umbras,
Credunt coelicolum, atque alas vidisse micantes.

XXXII.

Ivi l' ardente voglia il cor ti muova
D' erger la mente a la siderea chiostra,
Se le luci del ciel scrutar ti giova,
Onde le belve, onde l' origin nostra,
Onde son le stagioni, onde la piova,
Onde un astro or si cela, ed or si mostra;
Come opportuni a te verran quei cupi,
Recessi, e quelle selve e quelle rupi!

XXXIII.

Inoltre in mezzo del gran Monte giace
Una valletta verdeggiante e molle,
Da' feroci aquilon lasciata in pace,
A cui più d' un fa schermo alpestre colle.
Tutto è mistero intorno e tutto tace,
E l' elce e il faggio ivi i suoi rami estolle,
Chè dalla cima tenebrosa e scura
Vi piove entro il silenzio e la frescura.

XXXIV.

L' aspra vista del luogo e quegli orrori
Destan di religion tremendi sensi,
Onde abborrîr gli agresti abitatori
Quelle cime sì brulle e i boschi densi:
E narrâr, che invisibili cantori
Li tenner quivi attoniti e sospensi,
E spesso al rezzo della selva udiro
L' ali agitar qualche celeste Spiro.

O quis te Superum non jam mox sistat amoena
Valle? quis optandam vasta sub rupe quietem
Invideat? neve aethereas attingere possis
Obstet delicias? Eja, extemplo cape tantae
Sedis opes: age, montis ama solatia sacri;
Unde animum attollas; magni penetralia coeli
Unde ineas; ubi mille Pater spirantibus aurae
Ignibus omnipotens Volucrum fovet agmina sanctae.
Queis etiam sese, manifesta in luce refulgens,
Totum indefessis spectandum visibus offert,
Immiscetque volens: sensusque infusa per omnes
Lux agitat turbam, et totos alit ignea coetus.

At tibi, ne tantum ramis frondentibus arbor
Rorantes stellas, et solis temperet aestus,
Defendatque hyemes, et frigora dura, nivesque,
Mox equidem ultro adero; nec te usquam in rebus egenis
Dimittam, fessumve tui me cura relinquet.

Digitized by Google

XXXV.

E qual mai de' celesti a te non scenda
Entro la sacra solitaria valle!
Chi fia ch' entro que' specchi a te contenda
Pace, e all' estasi tua precida il calle?
Or' or vi muovi il piè: la sacra e orrenda
Stanza grata ti sia, donde le spalle
Volte gli agli oggetti labili e mortali,
L' alma per girne al cielo impenni l' ali;

XXXVI.

Al ciel dove l' Eterno all' infinita
Milizia alata il suo favor comparte,
E della luce dal suo volto uscita
Fa che rida l' Olimpo in ogni parte,
E da lui traggon beatezza e vita
L' alme intorno al suo trono assise e sparte;
Perchè tal gioja le agita e percote,
Che favella mortal ridir non puote.

XXXVII.

Nè fia già ch' ospitale alber ricopra
Ivi i tuoi membri colle foglie sole,
E senza schermo alcun ti caggian sopra
I fiocchi della neve e i rai del sole.
Ma perchè non ti stoglia unqua dall' opra
Rigor di ciel, più assai che di parole
Ti sarò largo del soccorso mio:
Non ti porrò, tel giuro, unqua in obblio.

Bina autem primum excelsa sub rupe locabo
Tecta, humilesque casas: at si dehinc aucta tuorum
Gens comitum exsurgat, pluresque ex ordine poscat;
Esto, ipsi jam tum numerumque, modumque domo-
(rum
Praecipiant tantum: me cura, laborque fatigent.

His bonus Orandes animum pulsaverat orsis
Hospitis: ille pio sic rettulit ore vicissim.

Rem magnam, votique hominum nullius egentem,
Nulli non adeo frugi, bone consulis hospes.
Mortales ultro cuncti se velle fatentur
Nosse iter, et summas virtutis scandere sedes;
Praemiaque alta petunt, animisque ardentibus omnes
Illius exoptant. Quid vero (heu, perdita rerum
Conditio nostrarum!) animos vota irrita ludunt
Saepe avidos? quid praeda boni tam rara petiti
Contingit nobis? quae sors, quis debita fato
Munera, promissumque decus, pactoque deorum
Mortali addictum genti, rapit invidus hostis?

XXXVIII.

Farò che sotto della roccia alpina
Surgan due alberghi assai ristretti in pria,
Ma se un dì vorrà pur grazia divina
Che d' ampia prole genitor tu sia,
Io farò che se misera e meschina
Stanza fra quelle rupi a te s' apria,
Altra poi n' abbi comoda e secura:
Di tanto a me il pensier lascia e la cura. —

XXXIX.

Il buon Orando con benigno piglio
Così gli disse, e l' altro a lui rispose:
— Ospite mio cortese, or tu consiglio
Mi dái d' egregie e memorande cose.
Agevol piana, e senza alcun periglio
Ciascun la via del cielo a sè propose,
Ciascun nei sogni della fervid' alma
Sperò facil lassù d' aver la palma.

XL.

Ma, miseri di noi! perchè n' avviene
Veder delusi i nostri voti, e spesso
Mancare a mezzo il fior di nostra spene,
E il premio è sì di rado a noi concesso?
Qual mai sorte nemica al nostro bene
C' invidia il serto, che ci fu promesso,
Quale avversario sì possente e forte
Chiude dinnanzi a noi del ciel le porte?

Digitized by Google

Et tamen e summa divum Pater optimus arce
Intonat assidue, densisque mincantia flammis
Lumina praemonstrans, acclive ingentis Olympi
Sternit iter, panditque aditus; vultuque sereno
Mortales coelo invitat, sedesque beatas,
Hospitia infidae quondam male credita genti,
Objicit. Ignavum nos contra, et futile vulgus,
Fortunaeque palam ludibria vana jocantis,
Abnuimus divum certissima munera: fixas
Dedignamur opes: animisque haerere caducis
(Heu facinus!) juvat usque bonis: juvat utile pas-
(sim
Linquere: damnosis juvat ultro incumbere lucris.

Hunc, o magne hospes (sermonis gratia tanti
Ne tibi nulla) ad te simul, et tua dicta revertor.
Si tua vota pater primis discerpsit ab annis,
Inviditque tibi laetam, eripuitque quietem;
Si non sorte olim divis sacrata supremis,
Servitioque aris, templisque addicta juventus;
Si te praepediunt sociati vincla cubilis:
Ne modo, ne, quaeso, desponde ingentia coeli
Atria: neu superum jam tu commercia rere.

XLI.

Eppur l' alto Fattor sul trono assiso
A cui fan brolo mille fiamme e lampi
Col guardo e 'l dolce avvivator sorriso,
N' addita il calle degli eterei campi.
E a sè ne chiama, e nel beato Eliso,
Vuol ch' ogni sua fattura alfin s' accampi,
E mostra a noi l' abbandonata sede
Degli Angeli che già gli rupper fede.

XLII.

D' altronde noi, vulgo insensato e vile,
Del cieco fato ognor ludibrio e gioco,
Ogni dono del ciel teniamo a vile
E i gaudì di lassù ci pajon poco.
L' alma intanto degenere e servile
A vane cure e a turpi amor dà loco;
E a bassi e indegni lucri (o scelleranza!)
Il ben pospone ch' ogni bene avvanza.

XLIII.

Ospite generoso! a te ritorno
E meglio al grato tuo parlar rispondo.
Se quella pace che fruivi un giorno
L' invido ti rapia padre iracondo;
Se ne' templi di Dio, se all' are intorno
Non vivi sacro al Salvator del mondo;
Se curvo al giogo marital tu vai;
Non disperar; seggio nel ciel t' avrai.

Perdita : amicitias antiquo foedere junctas
Cognata cum stirpe deum ne desere, neve
Ceu desperatas, confractasque, omine defle
Infausto. Patet usque poli, patet omnibus ingens
Ianua siderei. Quem non laetissima divum
Concilia expectant? cui solia aurea circum
Sceptriferi Patris, volucres, de more, ministri
Expediunt sedes, et constatura per aevum,
Ordine cuique sua, auratis tentoria velis,
Affigunt late, magnumque per aethera pandunt?
Nempe haud gens usquam, nulloque sub axe reposta
(Siderei modo dicta sacro de nomine Regis,
Justitiaeque tenax, cultrix pia servet honores
Coelicolum) jacet ulla hominum, cui limen Olympi
Non pateat. Multos, quos ad divortia raptans

XLIV.

Nè creder già che quindi a te disdetto
Ogni commercio coi celesti sia;
Non scemar dramma dell' antico affetto
Che per loro s' accese in te dappria;
Al cielo il cor rivolto e l' intelletto
Tieni, e al Signor le tue preghiere invia,
Che a quanti a lui dirette hanno le voglie
Son dischiuse del cielo ognor le soglie.

XLV.

Chi de' beati comprensor celesti
A sue gioje non brama aver consorti?
Chi degli alati spiriti, che presti
Son di lassù a recar le umane sorti,
Chi d' essi non accoglie in modi onesti
L' alme venute a que' felici porti,
E lor le sedi non prepara e loro
Non alza tende di zaffiri e d' oro?

XLVI.

Nei più selvaggi e più riposti liti
Che il sole adugge, o dove eterno è il gelo,
Popoli non vi son tanti e infiniti,
Che se credono a Cristo e al suo Vangelo,
Se rispettan giustizia e in casti riti
Côlono i santi abitator del cielo;
Non abbian, scarche alfin le umane some,
D' amaranto immortal cinte le chiome.

Tisiphone immani jam pridem eluserat astu,
Vipereique adeo foedarat labe veneni;
Respexit tandem Genitor bonus aethere ab alto,
Immundamque animis pollutis, ignibus aurae
Divinae, exussit pestem, ac scelus eluit omne,
Aethereos sensus pura sub luce relinquens.
Hos ne aedes habitare poli, sedesque piorum
Incolere addubitas? hos tu non rere beatos?
Non ita: sed quamquam ad templum custodia sorti
Non illis cecidit, nec sacra evinxit honestas
Vitta comas, haud exsortes fas credere regni
Siderei. Neque enim impurus coelestia livor
Corda habet: haud ulli superum Rex invidet astra:
Imo animis o quae divinis, coetibus o quae
Laetitia Alituum! quam densa per agmina crebri
Insirpunt plausus! quam festis maximus aether
Exsultat thiasis! simul ut bona sidera gaudent!
Dum pater indigetes magno transcribit Olympo,
Aligerumque acies, Heroum coetibus auget.

Digitized by Google

XLVII.

Anzi quei stessi, cui d' Inferno l' ira
Un dì dal santo unico ovil divise,
Poichè di sanie velenosa e dira
L' invida Aletto le lor alme intrise,
Se Dio li guata in sua pietà, se spira
Ivi l' eterno Amor, se li conquise
Della colpa rimorso; a un tratto sono
Ribenedetti dal divin perdono.

XLVIII.

E come allor non s' alzeranno anch' essi
In su le sfere ad esservi beati?
Benchè non sieno a la custodia ammessi
Del tempio e in sacre bende avvoltolati;
Pur i seggî del ciel lor fian concessi,
Pure usciran dagli infernali agguati:
Lassù 'l livor non ha dei cuor governo;
E Dio fa parte a ognun del gaudio eterno.

XLIX.

Oh qual letizia sorgere non suole
Fra i spirti eletti e le volanti schiere,
Come l' arpe celesti e le mandòle
Mandan voci più dolci e lusinghiere,
Come in arcane armoniche carole
Danzan più ratte le sonanti sfere,
Quando ama unir l' onnipossente Padre
L' alme terrene alle celesti squadre!

Quare age, nunc, hospes, spem certam agnosce salutis
Coelestes agnosce aditus, divosque faventes.
Aude animis: desponsa piis, age, praemia factis
Jam ne dissimula: ne, quaeso, avertere: passim
Cerne, ea sidera divum ut Sator altus ab arce
Praemonstret, tendatque manu, ac bonus sufferat
(ultro.

Interea conceptum animo ne discute votum;
Ne tu, magne hospes, sanctum, atque optabile verte
Consilium: vocat insignis te gloria facti
Clamore ingenti: vocat indiga turba: reclude
Nunc nunc thesauros: age (mandat non hominum
(haec vox;
Rex magnus, Rex nempe deum, bonus aetheris haec
Praecipit) horrentes inopum tege vestibus artus;
Jejunosque fove; positisque per atria mensis;
Ne pigeat crebro conventum accersere egenum.

L.

Impenna or dunque l'ali a la speranza,
Ospite caro, e nel Signor t'acqueta,
E al ben che tutti i desiderî avvanza
Volgi il tuo cor come a diritta meta.
Sì, da questa mortal funerea stanza
Uscito alfin, vita avrai dolce e lieta:
E già, vedi, a premiar tanta virtude,
Dio le porte del cielo a te dischiude!

LI.

Il voto che dall'anima ti sorse
E giusto, è santo, nè contender giova:
Segui il consiglio tuo, non starti in forse,
Esige il ciel da te sublime prova.
D'impresa che fra noi rado si scôrse
L'alto grido t'invogli e ti commova,
Ti commova la turba poveretta
Che da' tesori tuoi conforto aspetta.

LII.

Ascolta orsù, mio generoso amico,
La voce che t'infiamma a bell'imprese:
Uomo non è, non mi son io che il dico;
Quella voce da Dio, da Dio discese.
Copri le membra dello stuol mendico
Dall'inedia e dal gel macere e offese:
Ed alle turbe povere dispensa
I doni ognor della tua ricca mensa.

Praeterea (quo jam non ardor honestior ullus
Te , reor , agit) magnis non parcus honores
Coelicolis defer meritos : delubra per urbem
Pone frequens , arasque sacra , ac simul instrue
(magnis
Muneribus , festosque dies de nomine divum
Institue . O quae fama tuum , quae gloria nomen
Attollet coelo ! quam te tua vivida virtus
Civibus insignem quondam dabit ! o tibi quantis
Laudibus assultans , generosa per oppida circum ,
Perque agros passim , tua facta Hetruria dicet !
Ardua Coelicolis effulgere rite dicata
Adspicient populi cum templa ; auctorque per urbem
Tantorum Orandes operum , positorque feretur .
Quamquam autem o moneo , ne tu popularibus auris,
Ne vulgi mulcere animum clamore profani :
Votorum tibi enim summi Regnator Olympi
Spectator sat erit tantum , assertorque tnorum .

Digitized by Google

LIII.

Dacchè poi nel tuo cor celeste ardore,
Non bassa fiamma annidasi e ribolle,
Ti piaccia tributar solenne onore
Agli eletti che in ciel seco Dio volle.
Adergi lor magnifiche dimore,
E l'are sian di fior colme e satolle,
E a certi spazî del lor nome adorno
Più d'un sole per te faccia ritorno.

LIV.

Qual gloria quindi abbellirà il tuo nome,
Qual sarai mostro fra i tuoi stessi a dito;
Come verrai tu venerato, e come
Caro alle ville dell'etrusco lito;
Quando le genti ammirreran siccome
Mille Templi dian pregio a questo sito,
Quando l'autor ne cercheranno, e quando
Risuonerà su mille bocche Orando!

LV.

Sebbene a vana e lusinghiera laude
Serrar l'orecchio allor pregio ti fia;
Voce di volgo che ti mitria e plaude
Non ritrovi al tuo cor facil la via.
Intanto non sarà che ti defraude
L'onnipossente Sir d'ogni opra pia;
Basti, ch'ei sol ti vegga, e omaggio e serto
Quanto pensi neppur doni al tuo merto.

Jam vero haec multis. Ecquid mihi tertia dona
Excessere animo? praerupti ne horrida montis
Saxa, Lavernicolis male quondam insessa profanis,
Et nemus umbriferum, et caeca antra indicta relin-
(quam?
Cum tu olim ista meis sociis, gentique futurae
(Postuma si qua mihi ventura sub aetheris auras)
Cedere cuncta velis, nostrosque exire sub usus
Constituas. At me donis sine numine divum
Haud reor his oneras. Quid dehinc, si comoda votis
Antra, nemus, scopulos, deserta, latebras,
Alta dabunt montis juga nostris? O mihi rere
Quicquam optabilius contingere posse? quid aeque
Demulcere animum queat ac tua munera nostrum?
Ne sic alta quidem Parnassi culmina (nec si
Nulla redarguerent priscos mendacia vates)
Sollicitent; non sic pomaria flava sororum
Hesperidum moveant; non sic genialia tempe
Me capiant, ut saxa juvant, atque antra Lavernae.

Digitized by Google

LVI.

Anche troppo di ciò. Ma della mente
Forse m' uscì quanto donar mi vuoi?
Farò che asilo a scellerata gente
Porga ancor l' aspro monte e i boschi suoi?
Poichè tanto n' imparti a la presente
Mia prole e quella che verrà dappoi,
È mestieri che il cor grato io ti mostri
E che volga il tuo dono agli usi nostri.

LVII.

Ma tanta cortesia, credo, che Dio,
Il solo Dio t' ispiri e ti consigli.
S' ergerà al ciel più grato il prego mio
Fra quelle rupi, e in mezzo ai nascondigli.
Qual altro desïar dono poss' io,
Che questo che mi dai vinca o somigli?
Qual fra le cose più dilette e care
Miglior di questa mi potria toccare?

LVIII.

Nè a me parrebbon dilettose e belle
Le cime del Parnaso e i suoi mirteti,
Anco se di disnore a questi e a quelle
Il folleggiar non fosse de' Poeti;
Non gli orti dell' Esperidi sorelle,
Non i boschi di Tempe ombrosi e lieti
Foran sì grati a me, che non li passi
L' orrida Alverna e le sue tane e i sassi.

Quis vero tibi, magne hospes, quis praemia factis
Aequa tuis referat? Primum dignissima, recti
Di semper memores: tua dehinc te maxima habebit
Semper honoratum virtus, nec laudis egentem
Unquam destituet; sed enim tua dona loquetur
Longa dies, canet Hetruscas ea fama per urbes
Ardua, et externas vehet indefessa per oras.
Sed jam ego quid tantis onerans te demoror ultra?
Non vox, non praeco, non deerit gratia factis.
Crede (viam inveniet rerum certissimus ordo)
Crede: exsurget enim fandi non fictor inanis,
Non levis, at numeris gravibus narrator, opimas
Qui laudes dicat, qui facta ingentia cantu
Attollat coelo. Tantum hic ego pectore toto,
Ingentis quem das monumentum, et pignus amoris
Accipio montem, et nostros complector in usus;
Natorumque, ac dehinc si qui mea fata sequentur
Natorum nati, quibus horrida suadeat ardens
Incolere antra animus, lucosque habitare Lavernae.

Digitized by Google

LIX.

Ma chi potria, cortese Ospite mio,
Te degnamente rimertar di tanto?
Dell' opre belle premiator sol Dio
Te ne conceda guiderdone e vanto.
Virtù che t' ispirò pensier sì pio
Farà il tuo nome riverito e santo,
E la tua fama ognor viva e corrusca
Spiegherà il volo per la terra etrusca.

LX.

T' indugio indarno or quì. Non verran meno
Araldi e banditor di tua bell' opra:
Porgi credenza a le mie voci appieno,
Nè temer che l' obblio t' oscuri e copra;
Un vate io veggio, che dal cavo seno
Della sua tromba di mandar s' adopra
Suoni di gravi e di sonore tempre:
I tuoi gesti per lui vivranno sempre! (3)

LXI.

Or dunque non mi resta altro che amore
Mostrarti al pegno che d' amor mi dái;
Accetto il Monte, ed in quel sacro orrore
Avrommi albergo solitario omai:
E i figli miei, se pur del ciel favore
Me ne darà, poi ch' avrò chiusi i rai,
Non lasceranno dell' Alverna i foschi
Recessi, e l' ardue rupi, e i densi boschi.

Digitized by Google

Me vero (sese primo cum crastina Eoo
Attollens Aurora , polo dimoverit umbram ,
Et roseam terris lucem , rebusque colorem
Reddiderit) mox hinc digressum , longa necesse est
Accipiat via , tanti haudquicquam muneris olim
Immemorem . Sed quas coelestia fata per oras
Ire velint , lustranda meis quae gressibus arva ;
Me ne Italas tantum gentes invisere , seu jam
Di magis externos fines , et noscere mores ,
Ignotoque acres sub sole haurire labores
Compellant ; adeo incertum est: mihi sed vaga solum
Servilia , instabilisque obtendunt munia vitae .
Hinc reditus ne certa quidem mihi tempora : nec te
Exigere id fas rere , hospes gratissime ; quamqum
Multa licent de me tibi , quamquam exposcere multa.
Et tamen haud frustra (nostram sic numina firment
Sancta fidem) spondere ausim , meme hospita rursum
Tecta haec visurum : tunc et scruposa Lavernae

Digitized by Google

LXII.

Quando poi delle tetre ombre notturne
Tornerà l' alba a diradare il velo,
E spargerà colle sue dita eburne
Di rosato splendor la terra e il cielo;
Sorgerò, mentre lunghe e diuturne
Fatiche, aspri sentieri, e caldo e gelo
Chiamanmi altrove, ma dovunque sia
Avrai tu sacra la memoria mia.

LXIII.

M' è dubbio ancor, quale il celeste fato,
E per qual calle a me cammin prescrive;
Non so, se al zelo mio sia riserbato
Il solo agone dell' ausonie rive;
O se sott' altre stelle io son chiamato
A durar crudi geli e vampe estive:
Soltanto vagamente il ciel mi diede
Di ciò contezza che da me richiede.

LXIV.

Quindi del mio reddir fia l' ora incerta
Nè ciò scrutare, alto Signor, ti lece,
Sebben molto saper da me si merta
La tua gran cortesia che tanto fece.
Ma promessa or ti fò solenne e certa,
(Nè il ciel disdegnerà l' umil mia prece)
Che qui di nuovo potrò darti un giorno
Dell' amicizia il bacio e del ritorno.

Nubiferae antra mihi lustrandi tempus : ovantem
Tunc me laeta sinu frondoso culmina montis
Accipient, primum nemora inter densa colonum.
Tu vero interea ne rebus defice egenis;
Sed strue rupe casas, aut frondea tecta sub alta.

Talibus Hetruscum consolabatur amicum
Franciscus. Sol interea solvebat Ibero
Littore defessos bijuges, pronusque lavabat
Hesperio sub fonte comas, vultumque rubentem.
Dant mensae Cereris, nox intempesta quietis
Munera; compositosque sopor suus occupat artus.

Postera lux primo Franciscum excusserat ortu.
Impiger e stratis mox sese corripit ille,
Sopitumque manu fidum, de more, Lyaenon
Sollicitans: Age, digressos (ait) haud breve nos (hinc
Poscit iter: labor eximius compellit ad oras
Externas: tu rumpe moras: nos afflat anhelis
Phoebus equis, rutila perfundens lampade terras.

Digitized by Google

LXV.

Allor tempo sarà che i nebulosi
Fianchi io mi salga del sassoso Alverna,
E cerchi la mia pace e i miei riposi
Fra quelle creste e fra quell' ombra eterna.
Intanto ognun che a povertà si sposi
In te segua a trovar cura paterna,
E per nostro uso appiè dell' erma balza
Umili case e capannette innalza. —

LXVI.

Così Francesco all' ospite toscano
Di conforto porgea care parole.
Cedeva intanto il giorno, e nell' ispano
Flutto a lavar giva i crin d' oro il sole.
Già fervono le mense, e a mano a mano
D' ombre si copre la terrestre mole:
Essi alfin si corcaro, e lento e dolce
Sonno le membra lor lusinga e molce.

LXVII.

Già s' indorava l' etra al primo raggio,
Quando Francesco abbandonò le piume,
E rapido a destar volonne il saggio
Leon, com' era usato suo costume.
E sorgi (disse); a nuovo aspro vïaggio,
A nuovi rischi or ne rappella il Nume:
Non indugiar: fia il sol ch' alto riluce
Di nostre imprese testimone e duce.

Sic memorans, fidi praeclaras hospitis aedes,
Ipsum et moerentem, festinatosque regressus
Orantem, et dextra acceptum sese usque tenentem
Linquebat, multamque dabat laeto ore salutem.
Ceu pater, Eoas longinqua per aequora ponti
Quaesiturus opes, extremo in littore natis
Nunc instat monitis, nunc oscula, nunc rapit arctos
Amplexus: ciet interea de puppe morantem
Navita, jamque sinus pandit, solvitque rudentes.

Ergo adeo egressi simul altis moenibus, ambo
Festinant heroes iter, cursuque citato,
Transiliuntque cavas valles, montesque supinos
Obnixi exsnperant. Coepto non ulla labori
Interfusa quies: fulgentem praevia virtus
It simul obtendens vultum, sternitque malignas,
Emollitque vias: olli pernicibus ingens.

Digitized by Google

LXVIII.

Così disse; e lasciaro i duo compagni
L' aurea Magion dell' Ospite cortese,
Che riman triste, e par che il ciglio bagni
Di larghe stille onde è il suo duol palese.
Prega che tornin ratti, e l' accompagni
Favor celeste per ciascun paese;
L' un l' altro alfin stringe la destra e preme,
E si scambian fra lor le grazie estreme.

LXIX.

Tal genitor se per lontani flutti
Vede i suoi figli prossimi a salpare
Onde d' estrana terra i ricchi frutti,
E le perle mercar d' estrano mare,
Li fa dappria de' lor perigli istrutti,
Nè d' abbracciarli cessa e di baciare,
Finchè il nocchier che di restar più nega,
Tronca le funi e l' ampie vele spiega.

LXX.

Usciti ambo gli Eroi fuor delle mura
Il lungo calle a divorar si dànno;
Or battono la facile pianura,
Or de' supini monti in cima vanno.
Per sudor, per lassezza, o per paura
Punto restarsi dal cammin non sanno,
E virtù che dinnanzi a lor venìa
Spargea di fior sotto i lor piè la via.

Corripiunt plantis spatium; Rubicone relicto,
Exigui donec libantes flumina Rheni,
Praegelidis curent defessi corpora lymphis;
Et tu Cecropiae sacrata, Bononia, divae,
Heroas pacis coelestia dona ferentes
Agnoscas, ultroque pios laeto ore receptes.

Sol jubar oceano demerserat; atraque fuscis
Nox terras complexa alis, lucemque, colorenique
Abstulerat rebus; somnusque oppresserat altus
Gressigerum, volucrumque genus, pictosque colubros;
Fluminaque, et sylvae, colles, ager, arva quierant:
Tantum indefesso currebant sidera lapsu.
At pater, in morem, Franciscus, tecta domorum
Suffugiens, mollisque tori, dulcisque quietis
Dona exhorrescens, herboso in littore Rheni,
Sollicitis imo versabat pectore curis
Longum iter; et magni simul, externique laboris
Eventum orabat facilem: cum victa sopore

Digitized by Google

LXXI.

E già fornito lungo spazio avieno
Del Rubicon passando oltre le sponde,
Quando alle rive s' adagiâr del Reno,
E ristorâr le membra a le fresche onde.
E tu, Bologna, cui fiorisce in seno
L' alber di Palla e l' appollinee fronde,
Or lietamente accogli i due campioni,
Che ti recan di pace eterni doni.

LXXII.

Di nuovo il sol le rote luminose
Spingeva al mar, notte spandea già l' ali,
Già veniva il color meno alle cose,
E dormian già le belve ed i mortali.
I fiumi intanto, le foreste ombrose,
Le prata, i colli, e i tetti pastorali
Posavan tutti, e sol vigili e snelle
Sulla lor via danzavano le stelle.

LXXIII.

Il patriarca che fuggir solea
Frequenti alberghi in popolosa villa,
A cui soverchio un letticiuol parea
Per chiuder l' una e l' altra sua pupilla,
Giacque in sen d' una fertile vallea
Dove scorre del Ren l' onda tranquilla:
Pensa ai perigli del viaggio, e al sonno
Serrarsi di legger gli occhi non ponno.

Duro membra solo stravit, tamdemque petivit
Non importunos defesso corpore somnos.
Ecce autem sensus vix prima oblivia passi;
Cum Regina deum (qualis natoque, patrique
Sese ultro spectanda infert) adstare jacenti,
Et mulcere animi curas sic visa loquendo.

Quid tu longinquos ardes lustrare recessus?
Quidve acres tentare paras, vetitosque labores?
Non datur hoc: Natus non his meus annuit orsis.
Non Rhodanus, non mitis Arar, non te excitus undis
Fluctisonis Liger expectat; non magnus Iberus,
Non Tagus auricomis vocat invidiosus arenis.
Gens externa tui sortitus inscia: sed quae
Jam tibi Romano surgens e sanguine passim
Ostentat sese pubes, inopinaque subarmis
Effulget (se s ipse) olim tua rite capessens
Jussa, neque alpinas cautes, aditusque nivosos
Horrescens, sponte hoc tanto sub fasce laborat.

Digitized by Google

LXXIV.

L'ora però già tarda, e la preghiera
Con cui stancò l'Eterno, i rai gli chiuse,
E una calma soave e lusinghiera
Per le membra e nel cor gli si diffuse.
Quando calar dalla più bella spera
Vede, nè sogno menzogner lo illuse,
La Regina del ciel come si mostra
A Dio medesmo nell'eterna chiostra.

LXXV.

Per man lo prese e disse: in mar sì strano
Della tua nave a che drizzar l'antenna?
Nol dei tentar, nè il mio figliuol sovrano
Meta così lontana ora ti accenna.
Della Loira alle rive or tendi invano,
Te non aspetta il Rodano e la Senna,
Te l'Ebro non ricerca, e te non chiede
Tago che in letto d'ôr superbo incede.

LXXVI.

V'ha un popolo stranier che dal gentile
Seme latin si vanta ingenerato,
E che spediva al poveretto ovile
Stuol di gagliardi al tuo vessil giurato:
Implorò, tu lo sai, devoto e umile
I cenni tuoi quasi aspettando il fato,
Ed or portando il fascio in su le spalle
Ripara in qualche bosco o in erma valle.

Digitized by Google

Et nunc aequoreae partim limosa Garumnae,
Partim Atlantei flaventia littora Bethis
Pervadens, clarae festina propaginis urget
Incrementa tuis castris, sociatque Latinis
Barbaricas acies; longo haud post tempore ductor
Una omnes quas ipse meo sub numine coges
Concilium in magnum: tantis formosa Subasis
Hospitium dabit ora, ea serviet una catervis.
Tum prolem ipse tuam adspicies, procerumque, du-
(cumque
Et numerum optatum, et praeclara insignia disces.
At modo surge, moras rumpe, arva revise Subasi.

Sopitum sic Diva monet, monitumque relinquit.
Excutitur, gelidoque solo se corripit heros,
Attonitus visis; supplexque ad sidera palmis
Sublatis, tali fugientem voce precatur.

LXXVII.

Questi, s' escon talor, corrono anziosi
Della Garonna limacciosa i lidi,
O van del Beti ai fertili ed erbosi
Campi, se il lor fervore ivi li guidi:
E fan, che nuovo stuol di valorosi
Corra a' tuoi santi segni e in lor si fidi;
Così giungendo in quel lontan confine
Le barbariche squadre alle latine.

LXXVIII.

Vicina è l' ora che tu donno e padre
Raguuerai sotto il gran nome mio
In gran concilio l' une e l' altre squadre,
Che avran ricetto nel tuo suol natio.
I duci tutti allora e le leggiadre
Bandiere, e ogni guerriero umile e pio
Vedrai schierato innanzi: or però giova
Che al tuo fatal Subasio il passo mova. —

LXXIX.

Così disse la Diva a quel sopito,
Ma un tratto al dire e all' ammonir dà tregua:
Restasi a vista tal quegli atterrito,
E da' suoi sguardi il sonno si dilegua.
Così mezzo fra desto e sbigottito
Vien ch' assai tempo supplice la segua,
E tenga le man volte e gli occhi fissi
In quella parte ov' ella al ciel reddissi.

Diva potens coeli, Genitrix pulcherrima Regis
Siderei, thalamique expers, sanctique pudoris
Haud unquam immunis; quae te modo tanta fatigat
Cura mei? duros ne hodie mihi, Diva, labores
Solatura venis? O, me quocumque vocaris,
Sponte sequar: tu parentem meme accipe jussis,
Diva, tuis, arceque malis, et numine dextro
Adsis, eventuque pio tua dicta secundes.

Talibus orabat; Divam sic ore ciebat.
Tum vero accersit fidum, ad seseque Lyaeuon
Accipit; et monitusque Deae, et visu ordine narrat.
Moxque iter incoeptum linquunt, retroque citatum
Ad flavum vertunt cursum, celerantque Subasum.

Interea Latiae pacata per oppida gentes,
Securae martis fremitus, secura malorum
Ostia, felicisque agitant bona tempora vitae.
Namque, ut ab aethereo divum Pater altus Olympo
Despiciens terras, jam tum placabilis, imas,
Et cladem pestis tandem miseratus acerbam,
Finibus Eumenidas superis decedere jussit;

LXXX.

— O Reina del ciel (dicea), tu pura
Vergine e madre, e figlia del tuo figlio,
Perchè tanta di me tu prendi or cura,
Perchè pia tu previeni il mio periglio?
Tu sei mia speme ed àncora secura,
Tu termin fisso del divin consiglio:
Additami, ed andrò: lieti e felici
Succedano gli eventi a quanto dici. —

LXXXI.

Supplicava così l' eccelsa Dea
Quando al suo fianco richiamò Leone,
E l' ordin quindi a palesar si fea
Dell' arcana e mirabile visione;
E come impösto dianzi essa gli avea,
Il preso calle di lasciar dispone:
Ambo allor si rivolsero al Subasio,
Che lava il fulvo piè nel picciol Clasio.

LXXXII.

Le genti intanto del latin paese,
Di Marte alfin le crude ire frenate,
E spento il mal che misere le rese,
Menano in securtà l' ore beate.
Poichè su lor placabile distese
L' Eterno il guardo, e ne sentì pietate,
Sentì pietà del lungo duolo, e intanto
Cacciò l' Erinni alla città del pianto.

Digitized by Google

(Haud mora) continuo populi meliora sequentes
Consilia, in priscos revocant liventia mores
Pectora; rursus amant monitus, legesque severas.
Ex illo Superis meriti instaurantur honores:
Intermissa diu passim sua liba repostae
Accipiunt arae: atque ignes pia dona cremantes,
Aethera famifico nidore, et templa vaporant.

Franciscus vero (neque enim usquam pectore virtus
Ardens absistit; non usquam inserpere quicquam
Herois dat segne animo) non dura laborum,
Non trepidus perterrificos horrescere casus:
Quin mentem assueto, sanctoque accensus amore,
Et vitae incoeptae curis ardentibus actus,
Attollit confestim animum, viresque sub imo
Corde ciet, stimulatque, hortatuque arrigit acri.

Tunc stat Iapygios (sacri fortissimus Ales
Gargani custos id pridem suaserat, et jam
Ardore ingenti saepe illum acciperat ante;
Saepe et nescio quis cupientem abduxerat error)
Perlustrare agros: populosque per oppida magnos,
Perque arva incultos, durosque invisere agrestes:
Nuntiaque aethereae pacis mandata frequenti
Eloquio vulgare: acrique incessere sontes

Digitized by Google

LXXXIII.

Tosto ai miglior consigli e alle vetuste
Leggi tornâr que' popoli smarriti,
E corser tosto a rinnovar le auguste
Pompe di religione e i santi riti.
L' are diserte allor vidersi onuste
Di ricchi doni, e i supplici Leviti
In fra gl' incensi che vaporan l' ôre
Offrir l' espïatrice ostia d' amore.

LXXXIV.

Però Francesco (ch' agli eroi suol farse
Sprone virtù per affrontar cimenti)
Non torse un ciglio, nè un lamento sparse
Quando i suoi rischi videsi presenti;
Chè quel supremo amor che lo riarse
Col cuor lo spinge ad affrettar gli eventi,
L' alma gl' incende e sì lo punge e scuote
Che forza alcuna più frenar nol puote.

LXXXV.

Vuol or di Puglia visitar la terra,
'Ve l' Angelo il chiamò già del Gargano;
Ma in onta del desio che in cor ne serra,
Non so perchè finor ne fu lontano.
Fra il popol che in cittati alberga, od erra
Dietro il gregge e l' aratro al monte o al piano
Vuol colà di virtù destar la face,
E farsi araldo dell' eterna pace.

Verborum increpita, et vitae monstrare nocentis
Utrices poenas, duramque aperire quietas
Virtutum ad sedes, et clara palatia callem.
Paulit mox comiti fido praestabile mentis
Consilium: ille audit; votisque una incitus isdem,
Ultro abitum celerare, morasque abrumpere suadet.
Ac veluti hibernis torrens super imbribus auctus,
Jam cultum irrumpens agrum; si forte colonus
Saxa, trabes, glebasque putres, ramosque virentes
Praecipiti opponat, raucum sonat objice fractus;
Nec mora, parte alia, stridenti spumeus unda,
Aggere subsultat rupto, et late obruit arva.
Sic pater aetheriae Franciscus numine vocis
Permonitus, sublapsa retro vestigia torquet:
Et coeptum abrumpens iter, ignotosque sub axe
Linquens ignotas urbes, populosque repostos,
Fatales sectatur agros; seseque, laboresque
Ipse suos ultro concessis devovet oris.

Digitized by Google

LXXXVI.

E vuole a quei che son di colpa schiavi
Mostrar quali supplizi il ciel prepari,
E quai gioje prometta e quai soavi
Ozî Virtude a quanti le son cari.
Quindi a Leon ch' ha del suo cor le chiavi
Fece i consigli suoi palesi e chiari.
Quei l' ascoltò, l' istesso ardor l' invase,
E a partir senza indugio il persuase.

LXXXVII.

Come torrente pei disciolti geli
Ingrossa e spazia in su le culte zolle,
E se l' agricoltor fargli di steli
E di limo e di sassi argine volle,
Più che pria leva al cielo urla crudeli,
E minaccioso aggirasi e ribolle,
In fin che vinto quanto a lui contrasta,
Allaga tutti i campi e li devasta.

LXXXVIII.

Così Francesco per celeste avviso
Il suo prisco cammin tosto intralascia,
E le città cui girne avea deciso
Sotto barbaro clima a retro lascia;
Ma vêr la fatal Puglia ha il guardo fiso,
E gli dà l' esser lungi atroce ambascia:
E fin d' or col pensier nel suo fervore
Vuole sacra a lei far la mano e il core.

Ergo heros, flavi jam tum alta e sede Subasi
Digressus, fido vestigia fida Lyaeno
Una aequante, ibat: qui cum multa ore serebat;
Multa animo servanda dabat mandata sub imo:
Multa itidem alterno miscent sermone, levantes
Taedia longa viae scruposae, acrisque laboris.
Jam Marrucinos campos, fontisque Velini
Rosea praetereunt arva, ac saxa aspera linquunt;
Prisca Sabinorum stabula, horrentesque recessus.
Nec longum, excepti hospitio Samnitidis orae,
Demulcent cursum, et paulisper corpora curant.

At ne tanta quidem frustra, aut impune viarum
Emensi spatia; haudquicquam labor irritus auram
In tenuem prorsum effusus: quippe inclitus heros,
Eloquio exardens, passim mandata salutis
Sparserat; et virtutis opes, vitaeque nocentis
Turpem ignominiam, et poenas monstraverat acres.

Digitized by Google

LXXXIX.

E già l'Eroe dice al Subasio addio,
E Leon per compagno ancor si mena.
Oh! quante volte a quel suo fido aprío
D'alto sermon l'inessiccabil vena!
Oh quante volte ragionar di Dio
S'udiano entrambi ed alleviar la pena
Della molesta e dirupata strada,
E del ciel ch'or li adugge, ed or li agghiada!

XC.

Ma i campi Marrucini e i bei roseti
Ch'ornano i colli in cui foce ha il Velino
Ecco già toccan essi, ecco già lieti
Seguon oltre le rupi il lor cammino;
L'aspre rupi vo' dir, ch'un dì secreti
Recessi fur del popolo Sabino;
Quindi al Sannio piegando il corso loro
V'ebbero ospizio e placido ristoro.

XCI.

Ma tanti passi in sì lontan paese
Nè furo indarno, nè di frutto scarsi;
Non le fatiche vanamente spese,
Nè i sospiri, nè i voti all'aura sparsi:
Ma il pio campion spesso alle genti apprese
Come beate eternamente farsi;
Dicea come virtude è al Nume accetta,
E qual pena crudel la colpa aspetta.

Scilicet audierant illum alta per oppida gentes
Praeclarae : audierat pagana per arva juventus
Agrestum , turbaeque murum , matrumque choreae :
Et tunc perspicuus , vitreisque subalbidus undis
Lucinus , illum ipsum circum piscosa morari
Littora , multum illum divina oracula vulgo
Spargentem eloquiis audire , animisque vereri .

Jam post ter denas succedens nona , quadrigis
Purpureis subvecta , polos aurora patentes
Lustrarat jubare auricomo ; atque ex ordine coeptum
Carpebant heroes iter : simul improviso
Gargani tandem cum summa cacumina magni
Apparent longe . Garganum voce Lyaenos
Mox prior ingeminat : supplex , ad sidera palmis
Sublatis , uvaque hilaris Franciscus ovanti
Assultans comiti , laeto sic ore sequutus .

Salve ingens , salve aethereum , gratissima sedes
Alituum , vertex ; salve o mihi saepe cupitus .

Digitized by Google

XCII.

Per le città superbe ivan le genti
A udir correndo il fervido Oratore,
Ivano a udir quegli ispirati accenti
Per le ville e garzoni e madri e nuore.
Allor da' vitrei gorghi e trasparenti
Il Fucino levò la testa fuore,
E udì suonar palesi e manifesti
Sui labbri suoi gli oracoli celesti.

XCIII.

Poichè già trenta volte era risorta,
Anche la nona Aurora apparve in cielo,
E sulla terra silenziosa e smorta
Piovea le rose del purpureo velo.
Ivan gli Eroi, frattanto ove li porta
Della salvezza altrui l'ardente zelo,
Quando improvisamente da lontano
Scoprîr le vette del fatal Gargano.

XCIV.

« Ecco il Gargano, ecco il Gargan » s'ascolta
Il buon Leone replicar primiero.
Allor Francesco alla siderea volta
Supplice alzò le palme ed il pensiero;
Indi la gioja ch'ha nell'alma accolta
Per la lingua ad uscir trovò il sentiero:
« E salve (disse) o Monte, o albergo santo
D'alate schiere, e a me diletto tanto! »

Nec plura his Cursum accelerant: amor acrius urget,
Quo sese montis jam jam vicinius offert
Ardua siderei moles, crescitque videndo.
At vero intento tandem ut conanime ad imas
Radices ventum, et sedis tetigere sacratae
Limina prima gradu; rorantia sidera noctis,
Et fractae vires lentam suasere quietem.
Parent heroes suasi; sternuntque virenti
Membra solo defessa: altae frondentia quercus
Brachia defendunt rores, et sidera lassis.

Volvitur interea circum polus, et rapit ignes
Astrorum ardentes: partim hinc sese aequore condunt,
Luce adversa illinc partim nova lumina surgunt.
Et jam praecipiti nugrantes humida currus
Nox temone urget; heroas mitior angit
Cum sopor, et tenui sensus obnubit amictu.
Ecce autem astrigeri levis alto e vertice Olympi
Delapsus Volucer, Francisci ante ora jacentis
Adstitit. Horrifica praefulgurat aegide pectus
Olli divinum: performidabilis hasta
It dextra: aurata sopitum cuspide patrem
Tunc una excutiens, his ultro affarier infit.

Digitized by Google

XCV.

Tacque, ed entrambo acceleraro il corso,
E tanto par che abbiano l'ali al piede,
Quanto più leva in su l'enorme dorso
È più vicin giganteggiar si vede.
Ma l'interposto spazio alfin trascorso
Toccàr le soglie della sacra sede,
Quando l'umida notte e la stanchezza
Ispiran loro di posar vaghezza.

XCVI.

Cedono al caro invito, e il verde smalto
Gli addormentati peregrini accoglie,
Ed una querçia ch'ivi sorge in alto
È lor di padiglion colle sue foglie.
Gira intanto ogni ciel sia basso od alto
Che in se gli erranti o i fissi lumi accoglie;
Piegano questi al mare, indi più belli
Surgon dall'altra parte astri novelli.

XCVII.

Pungea più forte i suoi corsier la notte,
Più lieve il sonno sovra lor piovea,
Quando s'aprì l'Olimpo, e dalle rotte
Nubi il possente Arcangelo scendea.
D'egida armato, e lugubri e interrotte
Vampe da quella scintillar facea:
Asta brandia terribile, e con questa
Il sopito Francesco agita e desta.

O longum optato, Regiuae numiue fausto
Sidereae, et fido nieme ductore, potite
Tandem rite solo; certam hic ne rere quietem
Iuventam, aut penitus te jam exhausisse labores.
Nanque hinc digressum latis te maxima campis
Haec regio exposcit: te rura, urbesque morantur:
Te juventum coetus cupiunt, patrumque senatus.
Quin et pastorum vulgus rude, sive per altos
Secessus nemorum, seu prata per herbida, magnos
Collectum in coetus, et te circum undique fusum,
Audiat effantem coelestia dicta, necesse est.
Nec tu adeo quondam latrantia saxa biformis
Horrescas Scillae, non aestibus ora Caribdis
Fervida, pervadas Siculam quin protinus oram:
Et populis sanctos monitus, divinaque jussa
Insinuans, iter ostendas virtutis ad aedes.

XCVIII.

Poi dice lui: — l' alta del ciel Signora
Ed io medesmo a questo suol ti ho scorto,
Ma quì tu non godrai lunga dimora,
Nè questo è già de la tua nave il porto.
Molto lottar, molto soffrire ancora
Tu devi: il tuo cammin non fia sì corto.
Deh! sorgi e vanne; altra region t' attende,
Che i confin largamente intorno stende.

XCIX.

Là per ville e città sei disïato
Qual portator della celeste pace,
E là de' padri il vigile senato
T' aspetta, e in un la gioventù vivace,
E il vulgo de' pastor che al colle e al prato
Di dolce solitudine si piace.
Là ti verran d' intorno impazïenti,
Per udirti parlar divini accenti.

C.

Tu non dèi formidar della crudele
Scilla il latrar ch' alto pel ciel rimbomba,
E non Cariddi ove nocchieri e vele
Trovan sì spesso entro sue fauci tomba.
Vann' oltre, nè Sicilia a te si cele,
Dove di te la fama empie la tromba;
Ivi alle turbe dei divini cenni
Tu schiuderai gli oracoli solenni.

Digitized by Google

Et nunc surge, agedum: rosea te luce suborta,
En Aurora afflat, matutinisque volucrum
Cantibus assultant campi, ramique virentes.
Surge, iter acclivum supera: obnixusque per altum
Montem, age, carpe viam; horrifici sacra limina donec
Contingens antri, nostras conspexeris aras.
Illic supplicibus votis, manibusque supinis,
Cum precibus castis, divum intemerata Parenti
Corda feres: lba haec bonus ille, hos poscit honores.

His volucer dictis, levibus se miscuit auris.
Somnum heros, noctemque oculis una effugat atram:
Emicat inde solo, constansque ita voce precatur.

Magne Ales, magni decus aetheris, inclyte ductor
Coelicolum, quo raptus abis? an non tibi sedes
Hic prisca, an non lecta animo domus una volenti?
At tu (seu nunc astra poli, seu culmen amati
Montis habes; seu te Stygis invida monstra per aequor,
Perque altas nubes mox debellanda reposcunt)
Adsis o bonus, et fausto meme accipe laetus.

Digitized by Google

CI.

Or sorgi dunque: il raggio mattutino
Par ch' a nuove fatiche or ti richiami:
Lo salutan gli augelli in lor latino,
E ne godono i campi e i verdi rami.
Ripiglia verso il Monte ora il cammino
Se il mio delubro visitar tu brami.
Entra in quel sacro speco, e là prostrare
Umíl ti vegga al mio devoto altare.

CII.

Là con supplici voti e con supine
Palme tu devi addimandar mercede
A Lui che in ciel fa l' anime divine:
Ei dolce e buono tale onor ti chiede! —
Disse il gran duce e sparve. Il sonno alfine
Cede in Francesco come l' ombra cede:
Salta improvviso in su le piante e prega
L' Arcangelo che lungi i vanni spiega.

CIII.

— O conduttor delle milizie alate,
Vanto e possa del cielo, ov' or n' andasti?
E queste sedi che ti fur sì grate
Perchè sì di repente or tu lasciasti?
Ma sia che gli astri or calchi, o le sacrate
Cime del monte; o in mezzo ai flutti vasti
O fra le nubi or tu debelli i mostri,
Forte Arcangelo, ascolta i voti nostri.

Digitized by Google

Numine: dira mihi custos mala longius arce,
Et casus defende atros: tandemque labores
Tu felix, mitisque fove, placidusque secunda.

Talibus orantem jam tum vigil aure Lyaenos
Hauserat arrecta. Cui mox pater: En bona jussis
Numina (quid tu haeres?) rursum coelestibus ur-
(gent:
Tolle moras: lux alma vocat: via praemonet acris.
Sic memorans, velox iter arripit: impiger una
Insequitur comes, et gradibus se concitat aequis.
Non tam sollicito reditu, plausuque canoro;
Cum matutinis arguta volatibus errans,
Jejunis primas jam tum captaverit escas
Foetibus; ad nidos progne defertur amatos:
Pectore quam gemini valido, nisuque potenti
Heroes superant montis latera ardua sacri.

Digitized by Google

CIV.

Ascoltali propizio, e me che ignudo
Son d'ogni merto di tua grazia adempi,
E il tuo distendi onnipossente scudo
Fra me, e i nemici miei feroci ed empi;
Tu ne proteggi, se sinistro e crudo
Minaccia il fato a me furori e scempi,
E tu la guida, il protettor tu sia
D'ogni fatica e d'ogni impresa mia. —

CV.

Leon, che vigil era, i voti udío
Del Patriarca, ch'a lui volto disse:
— Ecco (e nol credi?) nuovamente Iddio
Nuova meta al cammin nostro prescrisse.
Non indugiar; n'attende e lungo e rio
Calle, e son dure cose a noi prefisse. —
Ciò detto, s'avviò: Leone il segue
E presto e anziosamente, onde l'adegue.

CVI.

Non al tornar così di primavera
La Rondinella coll'acuto grido
Vedesi volteggiar da mane a sera,
Sfiorando i lembi del suo tetto fido,
E recare instancabile e leggera
L'esca gradita all'affamato nido;
Come que' duo con lena e voglie pronte
I fianchi soverchiàr dell'arduo monte.

Digitized by Google

Et jam siderei prospectu limina templi,
Vestibulumque patens, gradibusque eductus ab imo
Ter trinis, ingens suggestus liminis alti
Apparent primo. Accelerant vestigia laeti:
(Nec mora) continuo succedunt postibus aureis,
Fumosique antri, et divino horrore tremendi,
Arcanum penetrale ineunt: adytisque profundis,
Accurvi, affusique arae venerantur opacum
Saxum horrendum, ingens, fortunatumque Volucris
Aetherei affatu, atque oraclo insigne vetusto.
Tum Franciscus ovans, divinaeque ignibus aurae
Deflagrans liquidis, magnum flammantis Olympi
His Regem implorat dictis. O qui tua nutu
Sidera perpetuo torques, et pondere figis
Tellurem ingenti; qui lata tumescere fluctu
Das freta, moxque eadem fremitus compescere cogis:
Accipe nos, quaeque ultro hodie damus, accipe corda
Puris juncta animis: ades, o Pater optime, fausto
Numine, ades felix, et nostris annue votis.

Digitized by Google

CVII.

E già di fronte il sacro limitare
Mirano ed il vestibolo dischiuso,
E sovra nove gradi il primo altare
Sorger nel mezzo come porta l'uso.
Allor giulivi affrettano l'andare,
Varcan l'altere porte, e van pur suso
Col piè l'arcano penetral premendo
Di quello speco tacito e tremendo.

CVIII.

In quel profondo adito al suol prostrati
Abbraccian l'ara e baciano l'algente
Sasso felice, onde i nascosi fati
Spesso svelò l'Arcangelo possente.
Francesco allor che i sensi irradïati
Da divin lume e l'anima si sente,
Così pietosamente al ciel converso
Invoca il sommo Re dell'universo:

CIX.

— Tu che col cenno moderar le sfere,
E la terra tener sospesa puoi,
Tu che sollevi il mare e le bufere,
Poi le bufere e il mar taccion se vuoi;
Ti muovano, Signor, le mie preghiere,
E il cor che t'offro accetta e i moti suoi.
Tu fia che nel miglior calle mi guidi,
Tu al mio devoto supplicar sorridi.

Digitized by Google

Da (tuus urget enim Volucer; seriemque laborum
Sopito mihi nocte canens, denuntiat acrem)
Nosse viam optatam; qua tandem, limite certo,
Semita defessos magno nos sistat Olympo.
Tuque adeo interea nos cedere casibus ullis,
O Genitor, prohibe: contra sed fortibus ausis
Ire doce, adversisque caput, gravibusque periclis
Objectare jube, et dare prodiga pectora vitae:
En laeti accipimus, da nunc sanctissime, jussa:
Da: sequimur quocumque trahis, paremus et ultro:
Juveris auxilio tantum, et felicibus astris.

His postquam oravit Patrem, sic ore Volucrem
Compellat coelestem iterum, votisque precatur.

Tu deinc, o Superum interpres fidissime, ne jam,
Ne patere haec discerpta notis volitare per auras
Dicta leves: sed mox, precor, insinuanda Parentis
Auribus aetherei, summo levis infer Olympo.

Digitized by Google

CX.

L' Angelo tuo fedel già dai lucenti
Giri fra l' ombre a me sospito scese,
E alzando il vel de' miei futuri eventi,
Mostrò ch' era io serbato ad alte imprese.
Ma nulla già poss' io, se non consenti
Dirigermi tu il piè, Signor cortese;
Deh! la via più secura alfin m' addita
Che mena là dove il tuo raggio è vita.

CXI.

Tu, sommo Genitor, fa che periglio
Nessun ne smaghi o turbi la mia calma,
Ma se a la morte espormi è tuo consiglio,
Mi vedrai lieto prodigar quest' alma.
Parla, e al tuo cenno andrò piegando il ciglio,
E porterò questa terrestre salma
Ove additi, ove vuoi; sol che il divino
Tuo favor sia di scorta al mio cammino. —

CXII.

Così pregato avea l' Eterno, quando
Di nuovo all' Angel si rivolge e dice:
— O fido nunzio del divin comando
Se nuova grazia chiederti mi lice,
Fa tu che i voti ed i sospir ch' io spando
Non se li porti l' aura insultatrice;
Ma tu li accogli in un quanti es[illegible],
E appiè li reca dell' eterno trono.

Sic antrum hoc, pario nunc marmore dives, et auro
Barbarico effulgens, semper tibi laudis honores
Divinae resonet; semperque horrentia luces
Saxa colant haec rite tuo de nomine sacras.

Conticuit tandem, pressoque immobilis ore
Haerebat, miranda tuens: simul ecce coruscans
Gemmisque, auroque, ac mediis interlita guttis
Sanguineis, labi coelo crux visa per auras,
Thuricremasque ambire aras ter concita circum.
Dumque heros animo stupet, obtutuque rigescit,
Vocem insperatam mox insuper auribus hausit.
Ne visa, o flavi proles generosa Subasi,
Haec horresce: tuam sortem hinc, age, percipe:
(signo
Fata sub hoc te dura manent. Tu fortibus ausis
Tolle modo: insignem te quondam hoc ire necesse est.
Vox siluit: crux alta polo se sustulit una.

CXIII.

Ed io vorrei che un dì quest' antro splenda
Di pario marmo e di barbaric' oro,
Vorrei ch' ognor voce di plauso ascenda
A te signore dell' alato coro;
E vorrei pur che questa rupe orrenda
Per te rifulga d' immortal decoro! —
Tacquesi alfine, ed umile e devoto
Restò senza favella e senza moto.

CXIV.

Quand' ecco giù calar dai sommi giri
Ei mirò coll' attonite pupille
Una Croce che d' auro e di zaffiri
S' ingemma tutta, e di sanguigne stille:
E mirò come rapida s' aggiri
Intorno all' ara e avvampi e disfaville:
Se stupido ei rimase uomo sel pensi,
Ma questa voce richiamollo ai sensi.

CXV.

« Nò, non temer l' insolito prodigio,
O del fulvo Subasio illustre prole;
Apprendi i tuoi destini: il regno stigio
Con questo segno debellar si vuole.
Così vinta ogni frode, ogni prestigio,
Al mondo apparirai novello sole. »
Tacquesi allor la portentosa voce,
E in un con lei si dileguò la Croce.

Jamque antrum attonitus, mentemque exterritus he-
(ros,
Praecipue vero confusus imagine vocis
Obscurae, egrediens ibat; caecosque sub imo
Multa animo oracli eventus secum ipse putabat.
Nec vero ulli usquam, non ipsi visa Lyaeno
(Arcanum ire palam, in morem, cui sueverat omne)
Miranda effatur: sed tantum his institit olli.

Vidimus (o laetam, et felici sidere lucem,
Auspicibusque deis exortam!) vidimus antrum;
Antrum ingens fama, atque ingenti nomine clarum.
Et nunc ignicrepis divinae afflatibus aurae,
Et Volucrum plausu coelestum ingentius illud
Assiduo, quis non credat? quis numina saxis
His addicta neget? Felix o terque quaterque,
Alituum ductor cui prisca oracula pandens,
Dixit: ego huic meae, caecis mortalibus, antro
Custodem addixi, servatoremque potentem.
Nunc ergo unde animis haec tanta ignavia nostris
Inserpit? quo gens hominum mala sana veterno

Digitized by Google

CXVI.

Esce allora l' Eroe del sacro speco
Stupito al suon de la favella arcana,
E dell' oscuro oracolo va seco
Scrutando il senso e schiaralo ed appiana.
Quanto vide però fra l' aer ceco
Narrando nol divulga e nol profana;
A Leon pur lo tace a cui dappria
Nulla celò: quindi sclamar s' udia.

CXVII.

— Oh lieto invero e fortunato giorno,
Ch' a noi sorgesti con sì fausti auguri!
L' antro vedemmo che di gloria adorno
Andrà, sì andrà per quanto il mondo duri.
Chi più non crederà che quivi intorno
Volin del ciel gli spirti eletti e puri?
E che il Nume talor l' eterno soglio
Ami mutar con quest' aërio scoglio?

CXVIII.

O quattro volte e tre colui felice
Cui 'l condottier degli Angioli supremo
Alza de' fati la cortina e dice:
Io per te questa rupe abito e premo;
E per ognun che misero e infelice
A me ricorra nel suo duolo estremo.
Perchè dunque se tanto ei n' assecura,
Tremerem di sospetto e di paura?

Torpet, hebetque adeo, meliora ut saepe relinquat
Consilia, et superum dona avertatur, et aedes
Spernat sidereas? Ah, tandem agnoscite certas
Spes, o mortales, coeloque attollite mentes;
Ducitis unde genus, delapsa unde ignea vestris
Lumina pectoribus fulgent: huc, huc modo, gentes,
Huc aegrae properate omnes: hic numina vestro
Et generi cognata, animisque addicta tuendis
(Dum fas, dumque sinit tempus, praesentia dum se
Ipsa ultro objiciunt, dumque exoranda patescunt
Corda) agite o, votis, donisque accersite opimis.

His pater exardens animo conclamat, et: O tu
Nunc, age, fide comes; nos hinc (ait) avocat ingens
Jam tum opus, et duri superat quod deinde laboris,
Poscit, iterque abitum monet acre, urgetque mo-
(rantes.
Perge modo: nec tu certusve, ancepsve doceri
Quaere adeo, qui te callis, quo limite ducat;

CXIX.

Perchè gravati di viltade i cigli
In ozio molle noi vivrem codardi,
Ed abborrendo dai miglior consigli
Non oseremo al cielo alzar gli sguardi?
Deh! almanco i nostri rischi ed i perigli
Ci rendano men stupidi e infingardi:
Guatiamo il ciel d'onde emanò primiero
Il foco della vita e del pensiero.

CXX.

Lassù, lassù voi sconsolate e meste
Genti volgete i lacrimosi rai;
Voi che vantate origine celeste,
E agli Angeli vicini andate assai;
Ah! mentre ancor vi lice e mentre queste
Aure spirate, e sono i vostri lai
Dal Nume uditi nella sua pietate,
D'offrir doni e pregar non vi stancate.

CXXI.

E tu (soggiunse) o mio fedel, richiama
Tutti all'alma gli spirti e il tuo coraggio:
Ad alta impresa quel voler ci chiama
Che il tutto muove, e a noi fu scorta e raggio.
N'attende, oh sì, vita agitata e grama,
E rischi e intoppi nel fatal viaggio;
Ma sia che può, vien meco: ogni pensiero
Lascia a me della meta e del sentiero.

Quodque solum, pagi ne humiles, urbes ne potentes
Hospitio accipiant: mitte hanc e pectore curam.
Astra viam ostendent certam: tecta hospita flagrans,
Coelesti delapsa sinu, mox aura parabit.

Sic monitis instat pater: ille una incitus acri
Mox prior ire gradu: linquunt sacra culmina, et (antrum
Sidereum aversi geminata voce salutant.
Festinant ergo; passimque ingentia latis
Arva agris lustrant oculis: si qua oppida claris
Gentibus insessa, aut pagos de more jacentes,
Flumina seu propter, seu vasta per aequora campi,
Prospiciant; aut jam collectos ordine detur
Saltibus in magnis pastorum offendere coetus.

Interea rubet, et devexo Phoebus Atlantis
Coeliferi temone jugis super imminet altis.
Et jam improviso tectorum culmina Sypus
Celsa aperit: coram apparent ignota repente
Moenia. Prospectu subito, pater intonat ore
Mox laetum, exsultansque animo gestivit, et: (quam
Certa (inquit) nostris adspirant numina votis!

CXXII.

Non t' invogli indagar qual terra alfine
A noi darà ricovero ospitale.
Se albergheremo in mura cittadine,
O in mezzo ai campi, di saper non cale.
Noi per via calcherem triboli e spine,
Ma Dio reggerà 'l piè debile e frale,
Dio spirerà nei petti etereo foco
Perchè a noi non difetti e cibo e loco. —

CXXIII.

Ei quì tace, e primier movendo i passi
Salutan ambo il sacro speco e il monte:
E la vista li bea, li fa men lassi
Di ville e di città famose e conte;
E spettacolo a lor gradito fassi
Il colle, la pianura, il fiume, il fonte,
E le schiere di ninfe e di pastori
Intese al canto e a' rustici lavori.

CXXIV.

Già il timon luminoso il Sol piegare
Vedeasi ai gioghi del robusto Atlante,
Quando Siponto d' improvviso appare
Ai pellegrini e già gli son davante.
Il giubilo dell' alma allor traspare
Di Francesco ne' moti e nel sembiante,
— Ed ecco, ei grida, la bontà del cielo
Seconda i nostri voti e il nostro zelo.

Digitized by Google

Quippe haud, ignarosque viae, ignarosque locorum,
Nos hodie huc vacuo fortuna volubilis egit
Appulsu, aut regio desueta errore fefellit.
Vis major, vis nimirum stellantis Olympi
E sede, ingenti cum numine lapsa subegit.

Haec dabat ore, unaque gradum, conitemque citabat.
Iamque propinquabant portae; majorque videri
Urbs sensim, et celsae paulatim assurgere turres.
Vir fuit hic (primum nomen fecere parentes
Euphrosio) praestans animi, pietatis, et aequi
Servator, justique tenax, et clarus avitis
Stemmatibus, lateque agris opulentus, et auro.
Ergo hic, nescio quo (namque haud ea ferre voluptas
Suerat eum) tum multa animum raptatus amore,
Liberiore gradu, porta se eduxerat alta:
Desueta cui mox in veste Subasius heros,
Atque insperato gressu simul obvius heros.
Admirans primo adspectu vir constitit; atque haec
Secum una. O nunc si de gente Subaside forte

CXXV.

A noi sorride il cielo e la fortuna,
A noi de' luoghi e del cammino ignari,
Che avrem qui stanza amica ed opportuna,
Nè d'aita ci fian gli uomini avari.
Una forza con cui forza nessuna
Può contrastar, che mai non ebbe pari,
La forza di Colui che al mondo è legge,
Il nostro lasso piè conduce e regge. —

CXXVI.

In così dir col suo Leon s'avvanza
Fino alle porte e cresce in lui vigore;
E intanto col cessar de la distanza
Parea quella Città farsi maggiore.
Ivi era un Cavalier cui nominanza
Dava pietà sincera, alto valore;
Eufrosio lo nomaro, e riverito
Rendealo il sangue illustre e il censo avito.

CXXVII.

Non so se per diletto allor costui,
Ovver per caso delle porte uscia;
Ma so ben che non fu costume in lui
A diporto n'andar per quella via.
Senza che fosse scopo ai voti sui
L'eroe dell'Asio incontro gli venía;
E il vide appena, che l'andar sospese,
Poi così fra sè stesso a parlar prese:

Digitized by Google

Hi veniant! gentis sed quam magis inclytus ipse
Dux Franciscus (eum vulgo sic nomine dicunt)
Afforet optarim! quam mallem hic nuntia pacis
Verba salutiferae illum ipsum spectare canentem!

Ille haec secum animo versat: simul ecce propinquat
Franciscus: jam jamque adstat, jam verba salutis
Edit, amicitiaeque haud asperuabile signum.
Cui civis bonus arrideus: Qui vos genus, inquit?
Unde domo? quo sacra duce haec insignia fertis?

Signa, vides quae fors nunc primum (subdidit heros
Jamprideu sub flavicomo geus orta Subaso,
Tollimus alta Deo; et vitae discrimina egenae
Tentantes, casus fortunae evolvimus acres.
Est quoque turba ingens comitum, atque experta
(laborum,
Iuncta adeo, et lateri nostro subnixa, meoque
(Dic, age, tu pudor, hoc) primum de nomine
(surgens.

Digitized by Google

CXXVIII.

— Volesse il ciel che fossero costoro
Del Subasiano ovil duo miti agnelli,
Ma gioja avrei maggior, se il duce loro
Fosse per mia ventura uno di quelli!
Oh! se foss' egli che cotanto onoro,
E cui nomâr Francesco i suoi fratelli,
Vorrei che del suo dir schiudendo i fiumi
Tornasse belli i nostri rei costumi. —

CXXIX.

Tal pensier gli tenzona entro la mente,
Quando ecco che Francesco a lui sen giunge:
Si salutano entrambo affabilmente,
E l' un la destra e l' altro indi congiunge.
Ma il Cavalier cortese e sorridente
Cui pietoso desio l' anima punge,
Disse lor: — donde, e a che fin quì moveste,
Chi siete voi, che insegne mai son queste?

CXXX.

— I santi segni che per Dio spiegati
Da noi sull' Asio fur, dinnanzi or vedi.
Così Francesco, e soggiungea: soldati
Noi siam di Cristo e di sue pene eredi:
Noi ci siam quindi a Povertà giurati
E in numero siam più di quel che credi;
L' esercito novel (dirlo degg' io?)
Ognor s' appellerà dal nome mio.

Nec vero ignotam jampridem finibus istis
Hanc reor. Obstupuit civis perculsus amati
Nominis auditu; nec plura inferre loquentem
Desinit: extemplo sed enim procurvus inhaeret;
Et dextra acceptum, et geminis hinc inde revinctum,
Implexumque ulnis, sic magno affatur amore.

Chare pater, quod numen agit? quis te deus, olim
Optatumque mihi, et toties simul ore vocatum
Dirigit huc, atque has sedes invisere suadet?
Di faciles, hodie quid vos felicius orem?
Aut quid amabilius poscam? Nec numine duro,
Nec parco meme adspicitis: non irrita Coris
Vota dedi: non aversas pulsavimus aures.

Sed jam ad te redeo, pater: eja, age, limina ne tu
Nostra fuge, externis de more patescere sueta
Hospitibus: tu laetus ini, quando illa morantur
Laeta ineuntem, ultroque tibi arrisura recepto.
Talibus haerentem dictis bonus incitat hospes:
Tum simul ingressi, subeunt urbemque, domumque.

Digitized by Google

CXXXI.

La prima volta forse non è questa,
Che sonò fino quì fama di noi . . . . —
Al nome amato immobile si resta
Il Cavalier, nè sa che dirsi poi;
Ma genuflesse il piè, chinò la testa
Finchè rïacquistando i spirti suoi,
Al collo delle man gli fece nodo;
Quindi gli disse in amoroso modo.

CXXXII.

— O Padre mio, che tante volte e tante
Io desiai conoscerti ed udirti,
Qual dio ti fece quì drizzar le piante,
Qual vi ti scôrse de' beati spirti?
Grazie, benigno ciel! che il supplicante
Mio labbro alfin pur valse a impietosirti;
Conosco ben ch' i' non ti son discaro,
Nè tu giammai per farmi grazia avaro.

CXXXIII.

Eccomi, o padre, a te: la mia magione,
Che ad ospiti stranier fu sempre aperta,
Omai t' attende: ivi t' avrai stazione
Ed accoglienza qual per te si merta: —
Con questi detti il Cavaliero è sprone
All' alma dell' Eroe tuttora incerta,
Finchè egli si risolse, e andando a paro
Nella città, poi nel palagio entraro.

Digitized by Google

Defessis mox optatam fecere quietem,
In morem, positae sedes; dapibusque paratis,
Instructi micuere tori: tunc ordine primi,
Una heros, sociusque alto accubuere sedili.

Ut primum dapibus finis datus, occupat hospes
His prior heroas dictis. Nox humida coelum
Fuscis multa alis complectitur: astra quadrigis
Surrepunt tacitis, et scintillantia suadent
Corporibus requiem fessis, oculisque soporem.
Ergo et colloquiis jam tum mihi saepe cupitis
Parcamus, noctique ultro cedamus opacae;
Quo pariter mentes somno curemus, et artus.
Parent hortanti heroes; penitusque recepti
Sub sede arcana, se composuere cubili.

Interea humentes pressis addensat Iberis
Nox umbras: contra Eoas Tithonia conjux
Illustrat croceis surgens fulgoribus oras.

Digitized by Google

CXXXIV.

Quì di molli sedili un grazïoso
Ordin disposto tutto intorno stassi,
Laddove i pellegrini alcun riposo
Danno ai lor fianchi affaticati e lassi.
Indi al ventre digiuno ed affannoso
Di cibi e di licor ristoro dassi,
E vuolsi che Leone e che Francesco
La miglior parte tengano del desco.

CXXXV.

Sgombre le mense poi, l'ospite insigne
Così primiero favellò: sul mondo
Spande or la notte l'ombre sue benigne,
E silenzio la segue alto e profondo:
Surgono gli astri, e tutti i cuori strigne
Un sopor placidissimo e giocondo;
Quindi assai più che di parlar mi sembra
Ora di riposar l'alma e le membra.

CXXXVI.

A quel consiglio cessero gli eroi
E ritirarsi entro solinga cella;
In su le coltri si sdrajaro e poi
Cessero al sonno che a dormir gli appella.
Ma già vaniro l'ombre, e dagli eoi
Lidi già l'Alba risorgea più bella,
E di vaghi purpurëi colori
Pingea le valli e i monti e l'erbe e i fiori

Jamque ortus, de more, tuos lux annua signans,
O magni Regina poli, lux aurea, lux quae
Divino terras, et coelum lumine complet,
Expectata oritur: cum sese corripit altis
Franciscus pater e stratis; Geniumque vocatum,
In morem, ipse suum, breviter sic voce precatur.
Accipe me, infandisque malis, saevisque periclis
Arce hostie, Vigil alme: ades, et me tramite recto
Tendere iter certum, et dextro da fine potiri.

Haec tantum ille: altis foribus gratissimus hospes
Jam jam aderat, jungitque tantummodo nominis au-
ram
Audieram, Francisce, tui: sed clara per aures
Facta meas ierant; factorumque incitus omnis
Rumor Iapygiae sonitu nunc verberat oras.
Quin et oliviferi quae gloria, quique Subasi
Jam tum honor exsurgat, summisque interserat astris
Jam caput, Ausoniam fama indefessa per omnem
Conciuit, auditque urbes simul implet, et agros.

CXXXVII.

E già spuntava il fortunato giorno
Che, o Regina del ciel, sacro ti fue:
Giorno di nuove leggiadrezze adorno,
Che ripeter sentia le lodi tue!
Quando Francesco che vedea diutorno
L'aere brillar, lasciò le piume sue,
E come er' uso, all' Angelo custode
Alzò questa preghiera e questa lode:

CXXXVIII.

— Vigile spirto, oggi da me lontano
Tieni, come già festi, ogni periglio;
E mi distendi la possente mano,
Ond' esca alfin da questo basso esiglio. —
E quì finì; quando il cortese e umano
Ospite a lui di gir prese consiglio:
E vanne tosto e stendegli l' amica
Destra, e i sensi del cor così gli esplica.

CXXXIX.

— Il tuo nome, Francesco, in su le penne
D' aura leggera non a me veniva,
Chè il suon delle tue gesta alto pervenne
Di Puglia a rimbombar per ogni riva.
Anzi da te qual gloria all' Asio venne,
Qual luce da' tuoi merti a lui deriva,
Non è la fama di narrar già lassa
Per tutta Italia, e l' empie e l' oltrepassa.

Digitized by Google

Nec minus et gentes, quas indiga ad arma coactas
Dux monitis formas bonus, et virtutibus amplis
Imbuis, attollitque, et claris laudibus effert.
Cuncta haec nimirum de te, pater optime, dudum
Audieram: sed enim ex illo, mihi corde sub imo
Interdum fandi tecum una amor arsit iniquus.
Et nunc quid superest? Video, potiorque cupito
Te, pater. Unum adeo hoc par est, luxque annua
(poscit;
Reginae meritos divum, da gratus honores:
Da (differre nefas tantae praeconia lucis)
Da monitus hodie populo, divinaque nostro
Eloquio mandata cane, et plebem instrue dictis.
Sic hospes: laeto haec Franciscus rettulit ore.

Opportuna adeo, nec jam spernenda profecto
Exigis, alme hospes: rerum nec me labor ipse
(Quandoquidem haud clara sine luce, sine omine
(fausto,
Aut sine mente deum hac nos sistimur urbe) gravabit.
Te vero, qui nos (gratum ac memorabile factum!)
Ignotos, inopes, sed nil pietatis egentes,
Sponte domo socians, das victibus ire refectos,
Non foenus nullum, non gratia nulla sequetur:

CXL.

E dice pur delle sì varie genti
Che tu riduci ai poveri vessilli,
E come cogli esempî e cogli accenti
Stranie virtù nelle lor alme istilli.
Tanto già udito avea de' tuoi portenti,
Padre dei poveretti e de' pusilli,
Che di vederti e favellarti insieme
M' ebbi non che desio, secura speme.

CXLI.

Ed or che più dovrei voler? ti miro
Sotto il mio tetto, e alfin t' abbraccio o Padre,
Oggi ch' è giorno in terra e sull' Empiro
Sacro alle glorie della vergin Madre.
Vola al tempio, a cedendo al mio desiro,
Là fra le pompe insolite e leggiadre
Apri la vena del tuo dir fra nui.
Così l' ospite disse, e l' altro a lui:

CXLII.

— Cosa opportuna chiedi e s' anche duri
Cimenti mi chiedessi, io non li temo;
Chè il ciel mi scorge, e con propizî auguri
E non a caso or questa terra io premo.
Di te poi che ci accogli ignoti e oscuri
Ognor soave ricordanza avremo,
E di quanto cortese or tu ne dái,
Guiderdon, qual non speri, un giorno avrai.

Officii non te magni, non muneris ampli
Poeniteat: dignas grates persolvere nostrae
Non opis est, fateor, sed divum. Age protinus, hospes
Magnanime, aude olim his sperare ingentia factis
Munera; teque hodie sedes, age, rere beatas
Promeritum: spectare pias tu numina mentes
Ne dubita: fandi stant praemia, stantque nefandi.

Dixit; et ad templum, multa cum luce diei,
Natorum Euphrosius turba florente, Lyaeno
Franciscus comite, approperant. Jamque alta subibant
Limina: submissi Reginae numen adorant
Sidereae, magnoque vocant ex ordine divos.

Interea, rebus divinis rite peractis,
Conticuere chori; purnsque reliquerat aras
Thure vaporatas, crepitantique igne sacerdos.
Hic heros (fandi sese haud brevis obtulit ultro
Copia) suggestum stantem, ac de more paratum
Forte operi, scandens; oculis unde eminus omnes
Et tegere adversos coetus, et noscere possit;
Infit: eum extemplo populus circum ambiit omnis.

CXLIII.

Non ti pentir de' benefici tuoi
Che mertan certo altissima mercede;
E poichè nulla noi possiam da noi,
Ti premierà l'Eterno, abbine fede.
Or securo del cielo esser tu puoi,
Che l'opre tutte Iddio discerne e vede,
E sai che come son malvagge o buone,
Ei le pene dispensa e le corone. —

CXLIV.

Disse: ed al Tempio in mezzo alla festiva
Pompa traendo seco eletta schiera
Di figli ivane Eufrosio, e lo seguiva
Francesco: il suo Leon dappresso gli era.
Varcâr le soglie, ed adorâr la Diva
Che benedetta su le stelle impera,
Ed ai Santi maggior con basse e piane
Voci intuonâr le supplici litane.

CXLV.

Compiuti i sacrifici, e le divote
Voci de' Cori taciturne rese,
Dall' ara vaporata il Sacerdote
Ravvolto in auree bende alfin discese.
Allor l'Eroe, poichè facile il puote,
Sul preparato altrui pergamo ascese,
Donde sul popol ragunato infisse
Il guardo scrutatore, e così disse:

Magnamini proceres, genus altum, et clara propago,
Insignisque atavis, Grajorum et sanguine fulgens:
Tuque annis florens, et firmo robore pubes;
Annua qui magnae vota instauratis Olympi
Reginae, meritoque diem signatis honore
Natalem, et ductas priscorum ex ordine pompas
Solemnes agitis, struitisque altaria donis:
Parcite, vesano modo parcite, quaeso, tumultu.
Neve animos pigeat nostris adhibere quietos
Paulisper dictis: pro vobis, reque tuenda
Vestrae urbis dum pauca loquar, dum moenibus altis
Instituam vigiles, et propugnacula circum
Adjiciam cum fossarum munimine longo.

Principio sed enim, o patres, agnoscite rerum
Cui jus vestrarum, totiusque urbis habenas,
Cuive potestatem par sit committere legum:
Cui regere imperio populum, atque ignobilis iras
Conveniat vulgi, et subitos mulcere furores.
Nimirum immanem quondam illaudata voluptas
Det regem immani vobis de gente, cavendum est:

Digitized by Google

CXLVI.

— Cittadini magnanimi e gentili
Cui scorre il sangue acheo dentro le vene;
Voi cui sorridon gli anni giovanili,
Voi cui l'età floridi ancor mantiene,
Se all'altar vi curvate ogn'anno umili
Nel dì natal di Lei ch'è nostra spene,
Fra i casti riti e l'amorose pompe
Fia ben s'ogni tumulto or s'interrompe.

CXLVII.

Nè già v'incresca docili ed attenti
Porger per poco a me l'orecchie vostre.
Io brevi parlerò semplici accenti,
Finchè le vie di scampo a voi dimostre.
Le ascolte additerò che ognor presenti
Dei vostri muri guarderan le chiostre,
E qual farò di fossi io lor difesa,
Perchè non giunga a voi nemica offesa.

CXLVIII.

Innanzi tutto è di librar mestieri
Chi per valor su voi tanto s'aderga,
Che regalmente sovra tutti imperi
Stringendo in mano del poter la verga.
I subiti furor, gl'impeti feri
Ei sol del vulgo temperi e disperga;
Ma non sciogliete a' rei desir le vele,
Sì che il fren non v'usurpi un re crudele.

Digitized by Google

Verum felices, fortunatique profecto,
Sidereo delapsa polo sanctissima virtus
Si dux laeta adsit vobis, si moenibus istis
Praesideat custos, et portis excubet altis!

Ecce autem (aversam, dedignantemque superbo
More homines socios divam nec credere fas est)
Illa ultro vobis sese gerit obvia passim:
Qualis bissenos heroas ad astra vocabat;
Dum rata principibus coram, saevisque tyrannis
Intrepidi responsa darent, atque enthea Regis
Siderei populis canerent mandata profanis;
Spernentesque minas tumidas, violentaque regum
Jussa superborum, vibratis pectora telis
Obvia, suppliciisque darent immanibus ultro.
Quare, agite, hanc delectam animis, et pectore toto
Complexam accipite, atque ingenti adsciscite amore
Huic vestrae reginam urbi. Tuque inclyta pubes,
Hanc, moneo, sectare ducem; ducis ardua signa
Tolle manu; cane sidereae praeconia divae:
Neve ultra e fidis castris descisce, nec ullo
Terrere incursu, hostilemve horresce tumultum.

Digitized by Google

CXLIX.

Felici voi però, se il ciel lasciando
Virtude ami albergar su queste prode,
E all' alte porte vigile restando
Sia delle vostre mura ognor custode.
Ah sì! laddove non si cacci in bando,
Fra i mortali restar crede sua lode;
E nella pompa omai de' vezzi suoi
Ecco la bella Dea che viene a voi.

CL.

E vien negli atti di colei che un giorno
Gli Apostoli chiamava in sull' Empiro,
Poichè recâr la gran novella intorno,
E i tiranni a' lor detti impallidiro.
Incuorati da lei fecero scorno
Di re crudeli al minacciar deliro,
Per lei sotto la man del torvo sgherro
Rideano al lampo del brandito ferro.

CLI.

Or via: le braccia supplici innalzate
A lei splendente di beltà divina;
Essa v' infiammi a degne opre onorate,
Essa sola fra voi sieda regina.
Seguitela voi tutti a cui l' etate
Ride giovane ancor: lutto e rovina
Sotto i vessilli suoi temer non lice;
Essa è beata, e altrui può far felice.

Digitized by Google

Nec te adeo infringant duri, insuetique labores,
Quos primum ingressis objectat, iterque malignum,
Qua te praevia agit: neque enim fastigia rerum
Ardua per molles nixus, per inertia vinces
Ocia: sublimes posuit sibi diva penates:
Mox ubi per praeceps, perque aspera saxa clientes
Raptos, laeta suos tandem locat ipsa beatis
Sedibus. O tum felices quoscumque manet sors
Tanta olim! Ergo illis virtus bona gaudia servat:
Exemptique malis vitiis, et casibus, extra
Errores, extra spem turpem, extraque timorem,
Securis, laetisque animis laeta ocia ducent.

Contra autem deflecte oculos; jamque adspice turpis
Regna voluptatis; simul ipsam sceptra tenentem
Turpia cerne modo; atque animo metire sagaci,
Quas struat insidias, quas caeco pectore fraudes
Verset; agat quo praecipites juvenesque, senesque.
Promissis viden' ut blandis fucata dolosi
Oris verba sonent? Latet (ah! mihi crede) venenum
Sub donis laethale: manu laethalia miscet
Pocula circaea, et sacro ter murmure adurit.
Excute quamprimum, o pubes generosa, nefandae
Turpia dona deae; quibus (heu, fax diva malorum!)
Illa homines, pulchra ex facie, sanctoque decore,
Induit in vultus, et lurida terga ferarum.

CLII.

Non v' increscan fatiche aspre pur troppo,
Nè calle vi spaventi ermo e diserto:
Vincete coll' ardir qualunque intoppo;
Chè virtù siede in luogo alpestre ed erto.
Non vada il vostro piè fermo nè zoppo
Sinchè giungiate a meritarvi il serto:
O fortunati se su voi raduna
Tanta sua grazia il cielo e la fortuna.

CLIII.

La Virtù spegnerà gli affetti rei,
Che fanno guerra a la vita serena:
E i giorni avrete venturosi e bei,
Nè la speme e il timor vi darà pena.
Ecco daltronde Voluttà: costei
Scuote il suo scettro lusinghiera e oscena,
Ma le frodi mirate, ond' essa perde
In un l' età matura e la più verde.

CLIV.

Udite voi con quai fucate e blande
Parolette essa inganna i suoi campioni?
Deh! fuggite la tazza ov' essa spande
Suoi filtri al suon di magiche canzoni.
Fuggite, o giovanetti, le nefande
Sue grazie, e gl' ingannevoli suoi doni;
Con cui vi toglie d' uom volto e natura,
E, oh miseri! v' imbestia e trasfigura.

Sed jam, agedum, tum forte juvat, tum grandia defert
Munera, cum bella accendit, cum funera, luctus,
Excidia, et clades parit, atque incendia miscet.
Haec Priami tum servat opes, tutatur et arces
Rhoeteas, cum Tyndaridem dedit ire sub ulnas
Pastoris molles, et semiviros amplexus.

Quo vero jam me rapit intractabilis ardor?
Quidve magae noxas (nullius nesciae culpae)
Prodere conor? Eam haud aequis incessere dictis,
Quamvis mille sonent aerato in gutture linguae
Pervaleam, et diros evolvere pectoris astus.
Nunc tantum libeat, cives, sed enim illius altam
Nosse, ubi reguet ovans, sese quo celsa receptet,
Quaque suas acies stipe dux tandem inclyta ditet.
Despicite ergo imi stagna exhorrentia, et aestus
Cocyti, lacrymis tumidos, et luctibus atris,
Et Phlegetontei fumantes gurgitis undas.

CLV.

Vedete poi quali delizie apporte:
Altra mercede a' fidi suoi non serba,
Che guerre e lutti e incendi e stragi e morte,
E città illustri pareggiate all' erba.
Di Priamo forse e d' Ilïon la sorte
Seppe far men funesta e meno acerba,
Poichè per lei la bella Elena infida
Agli amplessi cedea del pastor d' Ida?

CLVI.

Ma dove mai col favellar procedo
Dietro lo zelo che dal cor trabocca?
Gli spessi strali attossicati io vedo
Che la Maga crudel contro vi scocca;
A ridir tanti guai bastar non credo
S' ancor m' avessi cento lingue in bocca;
Nè l' ira dimostrar che sì m' infiamma
Lingua potria, che chiami babbo e mamma.

CLVII.

Ora al sublime soglio ond' essa impera
Per voi si volga, o Cittadini, il guardo;
E vedete qual premì essa la schiera
Ampia che si restringe al suo stendardo.
Mirate: è questa la fatal riviera
Del reo Cocito che non va mai tardo
Per larga onda di pianto, e questo è il laco
Di Flegetonte livido ed opaco.

Digitized by Google

Cerne illic, o plebs, immanes ordine poenas,
Quae sontum exercent animas, quibus atra voluptas
Dilecta ad superos: illam ipsam cerne suorum
In medio affixam, et poenas cum sanguine dantem.
Horresce haec ergo tormenta, atque effuge, pubes:
His terrere malis: fucata avertere turpis
Dona voluptatis: summoque attollere Olympo;
Unde tibi genus, unde salus, unde aurea virtus
Te vocat, expectatque, tibi immortalia nectit
Serta, utroque offert: age, tu festina, capesse.
Finis erat: plebs omnis hians, immobilis haeret,
Et plura expectans, fremit ore, silentiaque amens
Improvisa adeo, et finem indignatur iniquum.

Tum vero exoritur, serpitque per agmina murmur.
Fit globus extemplo gentis, confusaque circum
Heroa addensat sese omnis turba; juvatque
Cominus usqueadeo spectare, et noscere patrem.

Digitized by Google

CLVIII.

E giù mirate in quell' orror profondo
In quai vadan notando aspri martori
I sciagurati, che nel dolce mondo
Le furono seguaci e adoratori.
Ivi ella stessa sotto il grave pondo
Geme de' strazî suoi, de' suoi dolori;
Fuggite adunque, o giovani, l' orrenda
Sorte e almeno di voi pietà vi prenda.

CLIX.

Ah sì! di turpe Voluttà fuggite
I vezzi abbominandi e i premî suoi,
Mirate al ciel dove le vostre vite,
Donde sol viene la salute a voi.
L' appello udite di Virtù; l' udite
Come lassù vi chiami e come poi
Immortali corone a voi destine:
Orsù correte a ghirlandarne il crine. —

CLX.

Ei fa silenzio; e il popolo compunto
Aspettava tuttor nuove parole,
Ma quando apprese il fine esserne giunto
Entro sè stesso se ne sdegna e duole.
Poi si rimesce bisbigliando, appunto
Come in fortuna il mar talvolta suole,
E gli s' affolla intorno ed è beato
Se lui da presso riguardar gli è dato.

Digitized by Google

Ille autem avertens plausum, et rumoris honorem,
Exosusque auram vulgi, et praeconia laudum,
Vim fugit undantis turbae, incursumque molestae:
Et furtim elapsus, noto mox hospite tantum
Rite salutato, populumque et moenia linquit.

Digitized by Google

CLXI.

L' Eroe però che d' ogni plauso è schivo,
Nè amor di vana gloria il cor gli rode,
Sordo si resta, e qual di senso privo
Ad ogni suon di lusinghiera lode.
Alfine ei muove il passo fuggitivo
Dall' ansia turba che mirarlo gode,
Ed all' ospite detto estremo addio,
Dalla Città furtivamente uscío.

ANNOTAZIONI

AL CANTO NONO

(1) — Seguendo S. Francesco il viaggio di Toscana, di cui abbiamo già toccato alla Nota VII. del Canto precedente, passò la Valle di Marocchia per recarsi a S. Leo nel Montefeltro. Apprese, cammin facendo, che il signore di quella città per essere cinto Cavaliere teneva una corte bandita nel suo castello. Il Santo vi volle accedere co' suoi compagni, nell' avviso di far del bene

in quel luogo, dov' era da supporsi che il Demonio non resterebbe di tendere insidie. Trovavasi ivi per avventura il Conte Orlando Cattaneo, signore di Chiusi Nuovo e di tutto il Casentino. Costui edificato dai tratti di virtù e dalle parole di Francesco, lo pregò d' istruirlo sul conto della sua salute, e rimastone appagato, gli offrì il Monte Alverna ch' era di sua giurisdizione, con promessa, se venissegli a grado, di costruirvi un Convento. Così addivenne: poco tempo dopo su quel luogo alpestre e solitario si stabilirono i Frati Minori, e S. Francesco vi ricevè le Stimmate. L' atto autentico di cessione conservasi tuttora nell' Archivio di quel sacro Cenobio.

(2) *Alverna* — Sovra precipitosi massi degli Appennini toscani, ed ove niuna umana creatura avea prima divisato di fermare il piede, ritirossi il patriarca di Asisi, in erma cella donatagli dal Conte Orlando Cattaneo, e di poi vi sursero le due Chiese, il sacro Cenobio e le tre Cappelle, in una delle quali dimorò lo stesso Santo, in un' altra vinse le diaboliche suggestioni, e nella ultima finalmente ricevette le prodigiose Stimmate.

Il Mauro cava l' etimologia di questo da *Laverna* Dea dei ladri, de' barattieri e degli ipocriti, che aveva in Roma presso di una porta, detta perciò *lavernale*, un' ara ed un bosco, laddove solevansi celare le cose involate, e fare le partizioni fra masnadieri. I membri della rea congrega chiamavansi *laverniones*, i quali l' adoravano con preghiere mentali, e le avevano consacrata la mano sinistra. Non sappiamo se il nostro poeta avesse dalla tradizione o da qualche autore attinta questa erudizione intorno al culto di Laverna praticato sul Monte di Alvernia: comunque sia però, trattandosi di un luogo orrido per boschi e scogli inaccessibili, ha fatto molto bene a farne un antico asilo di ladroni e di malfattori.

(3) Qui parla il Poeta incontrastabilmente di sè medesimo.

CANTO DECIMO

Digitized by Google

FRANCISCIADOS

LIBER DECIMUS

Fama Subaseae gentis, pridem ardua fines
Ausoniae extremos linquens, pervaserat oram
Sicanam, et populos rumore exciverat omnes.
Namque, ut prima suae Franciscus germina prolis
Cedere olivifero pariter diducta Subaso
Jussit, et externas quamprimum invisere gentes,
Et canere eloquio populis divina Magistri
Praecepta aetherei, moresque ostendere sanctos,
Et durum virtutis iter, sedesque beatas:
Haud mora, continuo Tancredius exsilit ardens
Bissenum e numero comitum, et primoribus unus;

Digitized by Google

IL S. FRANCESCO

CANTO DECIMO

ARGOMENTO

Il buon Tancredi i gesti del suo duce
Fea suonar per le sicule contrade,
Quando ecco che Francesco il ciel v' adduce,
E nuovi figli ivi trovar gli accade.
A Partenope poi si riconduce,
Da dove riede a la natia cittade;
Quì tutti i suoi rappella e quivi uniti
Li vede fin dai più lontani liti.

I.

Anch' oltre Scilla del novel Campione
Strane cose a narrar la fama vola;
Quando egli gir per l' universo impone,
Lasciando l' Asio a la diletta scuola;
E vuol ch' alto per lei tosto risuone
D' attorno l' evangelica parola:
Fur di Tancredi, un de' primier seguaci,
Que' sacri cenni al cor stimoli e faci.

Digitized by Google

Haerentemque sibi Moricum, sic vocibus instans,
Occupat: Unus adhuc haeres, Morice? eja, age (mecum
Te labor idem urget; nos sors una accipit ambos.

Tantum effatus; et in dictis, vestigia uterque,
Quo primum ardor agit, quo vis dehinc enthea ra- (ptat,
Contorsere acres. Nusquam mora: fronte Pelorus
Arduus adversa donec sese obtulit illis.

Ergo hos jampridem Sicana acceperat ora
Hospitio; cultusque novos, habitusque rigentes,
Et curam vitae angustam, insuetumque tenorem
Admirans, sacro jam dignabatur honore.
Tum vero coetus juvenum divinitus acti,
Et cultus novitate pii, melioris et usu
Flagrantes vitae, passim per vota gemellos
Conveniunt ultro heroas; seseque volentes
Addicunt illis, gentisque Subasidos orant
Castris adscisci, juramentisque ligari
Militiae insuetae, et sacrato foedere jungi.

II.

E ratto venne a Mórico e gli disse:
— Che pensi or tu? franchezza e ardir non hai?
La stessa sorte ad ambo il ciel prefisse;
Sorgi e compagno a' miei sudor sarai. —
E senza ch' altro aggiungere s' udisse,
Dove l' ispira il cor volgonsi omai,
Nè dier sosta all' andar finchè non fôro
A vista dell' altissimo Peloro.

III.

Già pongon piede i peregrin devoti
Su la sicula terra e v' hanno ospizio.
Stupir le genti a quegli aspetti ignoti
Su cui tanto di ciel splendeva indizio;
Stupiro agli irti ammanti, all' alte doti
Degli animi disposti al sacrifizio;
E fra la reverenza e lo stupore
Resero lor più che mortale onore.

IV.

Innamorata della rozza assisa,
Della vita miglior, del nuovo stato,
La gioventù che del suo ben s' avvisa
Ama restar de' duo compagni a lato;
E li prega che poi sempre indivisa
Gir co' prodi dell' Asio a lei sia dato;
Emette il giuro, ed animosa schiera
Abbraccia la serafica bandiera.

Digitized by Google

Ceu quondam magnus cum rex, signa ardua tolles,
Cogit ad arma acies; bello nova quaerere regna,
Seu jam sceptra sibi, terrasque reposcere abactas
Constituens; subito excitae circum undique densis
Agminibus coeunt, stipantque insignia fortes
Celsa manus; crebro complentur milite castra:
Sic acies vulgo innumerae juvenumque senumque
Agglomerant sese, circumque heroas inundant
Affusae geminos, non cultus, aspera non jam
Angusta horrentes, non dura laborum;
Sed laetae monitus, et toto pectore jussa
Ardua complexae, signis fulgentibus haerent.
Jamque adeo nova gens, pia, sancta, atque inscia
culpae;
Crebra locis, humiles pagos, arva, oppida complet,
Nec non et lucos sacros, nemorumque recessus
Umbrosos tenet. Et jam sicubi caeca per altos
Offendit montes, quae relligionis honore
Horrescant, antra, extemplo subit, atque frequentat,
Laeta, catervatimque colit; Cererique, Lyaeique

V.

Come talor se un forte Re di guerra
Fa udir dintorno il formidabil suono,
Per soggiogar qualche ribelle terra,
O di nuove conquiste ornar suo trono,
Sorge gran folla e presso gli si serra
Di quanti prodi adatti all' armi sono,
E già una selva fan l' aste e i vessilli,
E ascolti delle tube i spessi squilli;

VI.

Così di vecchi e di garzoni insieme
Ampio torrente confluir si vede,
Che da presso a que' duo si mesce e freme
E alla nuova milizia unirsi chiede;
Nè il rude manto, nè per lor si teme
L' aspra vita ch' amar deggiono a fede:
Ma n' apprendon le norme e giubilanti
Schieransi al' ombra poi dei segni santi.

VII.

La nuova gente immaculata e pia
Empie già le città, le ville e i campi;
Corre dei boschi alla soave ombria,
Balze e rupi a lei son leggieri inciampi.
E s' alcun monte venerato sia
Per sacro orror, se piè non vi si stampi,
Vi s' inerpica tosto in bella gara,
E sua stanza ne fa diletta e cara.

Digitized by Google

Usqueadeo parcit latici, mollisque cubilis
Immunes ducit noctes: tantum aethera cordi
Divinis pulsare modis, Regemque deorum
Et canere est illis, et compellare precando.

Dumque ea Trinacrias nova gens monumenta per oras
Spargit avans, vulgique animos accendit amore
Vitae inopis, callemque aperit virtutis ad aedes;
Parte alia (nequicquam animum conterritus, arva
Daunia percurrens) pagos Franciscus, et urbes
Invisit, monitisque instat coelestibus acer:
Et passim ignaros populos hortatibus implet
Divinis; rudibusque animis inserpere mores
Dat castos, sensusque pios habitare pudicis
Pectoribus. Gaudent turbae, sanctumque verentur
Heroa. Ille autem, qua se cumque aureus infert,
Aurea virtutis sua post vestigia linquit
Signa: micant gentes morum pietate refectae.
Non secus ac si forte polo decussa sereno
Sidera per noctem, longo transversa meatu
Percurrant, signentque vias, et perpete sulco
Limitem agant flammis, et multa luce coruscum.

Digitized by Google

VIII.

Ivi i doni di Cere e di Lieo
Non l'inedia confortano e la sete:
Ivi molle origlier non fa men reo
Il necessario sonno e la quïete.
Ma immersi in Dio, ch'in lor tanto poteo,
In fra quell'ombre solitarie e chete
Pregano a lui siccome gemebonde
Colombe, e a' treni lor l'eco risponde,

IX.

Mentre costor la vita poveretta
Rendon famosa ai siculi cultori,
Tutta Francesco a visitar s'affretta
La Daunia, e a la virtù v'infiamma i cori.
Le norme di salute egli vi detta,
Snebbia le menti dagli antichi errori,
Ed informa quegli animi restii
A pudichi costumi e a sensi pii.

X.

Osannano le turbe al Patriarca,
Che trofei di virtù si lascia a dietro,
E per dove s'inoltra, e ovunque e' varca
Fugge fremendo d'empietà lo spetro:
E stella pare di bei raggi carca
Che della notte in mezzo all'aer tetro
Pel ciel viaggia e dietro si conduce
Fulgida striscia della propria luce.

Et jam insopitis longe lateque patentes
Per campos, urbesque altas, populosque frequentes
Fama vagans pennis, sanctum, ac memorabile nomen
Francisci, ingenti sonitu, magnoque favore
Sparserat: illum Ufens, illum et flaventia Liris
Littora arenosi, Vulturnique accola norant.
Nec vos, Romanis ducibus, Latiisque triumphis
Cannae olim infensae, non audivistis hiantes
Heroa effantem coelestia dicta Magistri
Aetherei. Illum ipsum simul audivere, supernum
Mille urbes quae littus habent; mille, alluit unda
Quas maris inferni; mille insuper oppida, late
Quae media ingenti, pinguique alit ubere tellus.

Nec vero natorum expers, Francisce, tuorum
Tunc regio haec: nempe occurrunt tibi gentis ubique
Agmine crebra tuae; simul hic insignia fulgent
Clara Subasaei cultus; et milite egeno
Plena merent hic aere tuo castra indiga passim.

Digitized by Google

XI.

Già per l' alte città, pei larghi côlti
La fama aleggia infaticabilmente,
Già risuonar fra i popoli raccolti
Il nome di Francesco alto si sente:
Si leva al grido de' suoi rari e molti
Gesti sulla muscosa urna l' Aufente,
Il biondo Gariglian l' ascolta, e intorno
Stupido guarda il rapido Voltorno.

XII.

E tu pur, Canne, per cui tanta ria
Stagion si volse all' aquile latine,
Udisti il gran maestro allor ch' apria
Il fonte dell' insolite dottrine:
E l' udiro qual dopo e qual dappria
Le cento e cento alte città vicine
Ad ambo i mari, e l' altre che la terra
Nel mezzo del suo grembo accoglie e serra.

XIII.

Nè manco a te, Francesco, è questa bella
Region di figli sterile e infeconda,
Ch' eletto stuol di gioventù novella
A te corre, e te ammira e te circonda.
Quì pur s' alza il Vessil, ch' amica stella
Fe' ventolar del Clasio in su la sponda;
Quì pur mille gagliardi empion le file
Della milizia poveretta e umile.

Volvitur interea polus; et monstrosa suburgens
Signa per altus equos Titan, afflare gemellos
Tyndaridas, jam jamque minari incendia Cancro;
Intortisque comis, flavisque tumescere aristis
Pulchra Ceres: cum sic Franciscus voce Lyaenon
Compellat fidum, cunctantemque incitat ultro.

Fama (etenim audisti) canit, ut Trancredius olim
Digressus flavo, Morico comitante, Subaso,
Scyllaeosque canes, adversique arcta Pelori,
Intrepidusque animo, tutusque evaserit: et jam
Sicanis insedit agris, crebrasque coegit
Indiga ad arma acies; nutuque faventis eunt res
Siderei Patris; et successu gloria laeto
Alta Subasaeae gentis se tollit ubique.
Quare, agedum (curae quando hic satis, atque la-
(boris
Exhaustum; jam jamque vides conferta maniplis
Castra Subasaeis) nos hinc absistere fas est.

At ne terra quidem veniat mihi gratior ulla,
Nec magis optanda est, quam quo Tancredius ar-
(dens
Advocat, atque animo jam nos expectat anhelo.

XIV.

Ecco l' anno s' inoltra, e il sol che il corso
Pei segni usati a divorar s' affretta,
Volto ai gemelli il luminoso dorso,
Vibrava al Cancro omai la sua saetta.
E il tempo pel bifolco era ricorso
Che dalla messe il guiderdon si aspetta,
Quando Francesco al suo Leon si volse,
E sì l' indugio a riprovargli tolse.

XV.

— Udisti già, come Tancredi e seco
Morico, scesi dal paterno colle,
Abbian vinto di Scilla il furor bieco,
E Peloro che tanto al ciel s' estolle.
Or della nostra squilla udir fan l' eco
Per le sicule spiagge, e Dio che volle
Là pur dell' Asio gloriar la fama,
Nuovi guerrieri al nostro campo or chiama.

XVI.

Poichè qui molto di sudor si sparse,
E l' oste io rifiorii di schiere nuove,
Veggo l' ora opportuna approssimarse
Di lasciar questo lido e girne altrove.
Ma niuna terra più gentil mi apparse,
Niuna più grata mai, che quella dove
Ora Tancredi in degne opre risplende,
E donde a noi l' amiche braccia stende.

Adde quod aetherei monitus impensius urgent
Per noctem Volucris ; latrantiaque inguina Scillae ,
Angustamque vetant rabiem exhorrere . Quid ergo
Distinet ? aut quae causa morae ? Brevis hora pro-
(fecto
Extremo (tu perge modo) nos littore sistet .

Haec ille : aequatisque una mox passibus ibant .
Nec longum , infernam contigunt limitis oram
Ausonii , subeuntque antiqui moenia Rhegi .
Affuit optato levis hic subducta phaselus ,
Innunique operis , vacuoque sedente magistro .
Hanc simul heroas conscendunt , protinus ille
Servitio laetus subit : haud ignara vadorum
Enatat uncta ratis , notosque assueta per aestus
Currit , et alternos fluctus secat ocyor aura .
Et jam Zanclaei saxa eructantia monstri
Cautius evitans , Sicula considit arena .

Vix dum Franciscus terra pede constitit , et jam
Fama viri accessum passim vulgarat . Et ecce
(Lucus eum tum forte mari vicinus habebat)
Primus sacrato descendens vertice collis ,
Occurrit patri laeto Tancredius ore .

Digitized by Google

XVII.

E sappi ancor, che un Angelo m' impone
Di varcar Scilla e non temer sua rabbia.
Che dunque or ne rattien? che si frappone
Onde lasciar questo terren non s' abbia? —
Diede sosta egli appena al suo sermone,
Che già segnando del lor piè la sabbia,
Toccan d' Italia già l' estremo lido,
E Reggio offerse loro albergo fido.

XVIII.

Quivi trovaro un navicello a sorte
Su cui stava oziando il suo nocchiero.
Vi si adagiaro; e questi allor più forte
Battè la voga di tal carco altero.
Qual se su l' ali sue l' aura sel porte
Va intanto il legno rapido e leggero
In mezzo ai noti gorghi, e dove passa
Appena un solco, appena un segno lassa.

XIX.

Dell' Etna ai fianchi ignivomi sfuggiti,
Toccaro alfin le siciliane arene,
E già s' ode suonar lungo que' liti
Il nome dell' Eroe che là ne viene.
Tancredi allor che in boschi ermi e romiti
Assai vicini al mar sua stanza tiene,
Dal sacro colle giù primier discende,
E il padre suo benignamente attende.

Junguntur dextris, mistaque hinc inde salute,
Itur in excelsum collem, lucumque sacratum
Tum primum insueti cultus statione verenda.

Interea ex urbis Zancleae moenibus altis
Effusae approperant turbae, lucoque frequentes
Conveniunt, magnum heroem, lectosque sodales
Compellare avidae, coramque audire loquentes:
Quas, ultro occurrens, vultuque, et pectore laeto
Excipit, ingentique ardens affatur amore
Franciscus pater, et monitis coelestibus implet.
Ille animis contra intentae sitientibus adstant:
Attonitaeque, soloque haerentia lumina fixae,
Mirantur simul effantem; mirantur et oris
Non importuno depressa silentia more.
Nec tantum spectasse viros, cultusque virorum
Sat semel insuetos; sed enim usque haerere, no-
(vaeque
Scitari juvat, et primordia discere vitae.

Liquerat amplexus jam terque quaterque seniles
Lutea purpureis subvecta Aurora quadrigis;
Accitos ultro medius cum constitit inter
Franciscus comites, atque his pater optimus infit.

Digitized by Google

XX.

Ed appena scontrârsi, ambo le destre
Strinsero insieme e si baciaro in fronte,
E per cammino rapido e silvestre
Giunsero al sommo dell' aerio monte.
Da Messina frattanto al luogo alpestre
Correan le genti desïose e pronte,
Per veder, per udir l' Eroe d' Ascesi,
E gli altri prodi ad emularlo intesi.

XXI.

Francesco allor cortesemente accolse
Pieno di gioja i rai le turbe accorse,
E poscia loro a favellar si volse,
E di salute alti precetti porse.
L' ardente moltitudine raccolse
I sacri detti, e al suol le luci torse,
Smarrita nel mirar chiaro il portento
In ogni atto scolpito e in ogni accento.

XXII.

Vederli, udirli una fïata e due
Non bastò punto al popolo adunato;
Volea baciar Francesco, e delle sue
Schiere apparare il numero e lo stato.
Poichè al letto senil tolta si fue
Sorgea bella l' Aurora oltre l' usato,
Quando Francesco in mezzo alla corona
Siede de' cari figli e sì ragiona.

Digitized by Google

Multum olim, o socii, curae, vigilisque laboris
Per Salentinos agros, perque Appula multum
Late arva exhaustum nobis; populique frequentes
Multum littoreas nos distinuere per oras.
Nec vero frustra id, reor, aut sine mente deorum:
Liquimus alta etenim passim tyronibus aucta
Castra Subasacis: nos audivere loquentes
(Sic rem sortiri divum Rex; maximus Ales
Gargani custos sic adspirare labori)
Perque humiles pagos, per rura, per oppida, gentes.

At postquam Aetuacos nostram pubescere prolem
Per campos auditum, animis amor ilicet ardens
Non expectatos, improvisoque subortos
Visendi incessit natos: hinc nec mora seguis,
Non longum terrae spatium, non monstra, nec aestus
Adventum horrisoni nostrum vetuere profundi.

Digitized by Google

XXIII.

— O miei consorti, molte cure, e assai
Di veglie e di fatiche io già sostenni;
Molto pei campi salentini errai,
E tutta Puglia visitando io venni.
Fra le turbe che intorno a me chiamai
Lungamente in que' lidi io mi trattenni,
Nè certo invano; e se il pensier non erra
Fu il ciel che mi diresse a quella terra!

XXIV.

Sì, tanto volle il Creator del tutto
Che mi sortiva all' opera pietosa,
E l' Archangel colà m' ebbe condutto
Che sul Gargan talor discende e posa.
Raccolsi intanto io là non scarso frutto
Fra la gente ch' udirmi era bramosa,
E v' ho lasciato esercito novello
Che il povero vessil farà più bello.

XXV.

Quando ascoltai però che nuovi figli
Nutriva a me la sicula contrada,
Pensate voi qual vivo a me s' appigli
Desio d' approdar tosto a questo rada.
E venni in fatto, nè temer perigli
Seppi d' iroso mar, di lunga strada;
E nè mostri, nè vortici, nè venti
Fecero i passi miei sospesi e lenti.

Et nunc, sive altos nemorum, viridesque recessus,
Sive casas, sive antra habitent, et frondea tecta,
Compellare alios comites, et visere cunctos,
Multa aveo; multa amplexus, et jungere dextras
Jamludum excepto. Eja, age, nunc mihi fide laboris
Tu comes, o Morice, optati, monstrator et idem
Atque virum, atque viae ignotae, jam praevius ibis.

Haec pater: una omnis turba infremit ore, recessusque
Impatiens, causas parat, innectitque morarum.
Ille manu, in morem, tristes mox lustrat, iterque
Ingreditur, dicta simul, acceptaque salute.

Ergo ibant sociusque recens, fidusque Lyaenos,
Assuetus nusquam curis absistere patris:
Ibant alternis divos, divumque canentes
Sidereum Regem: vestigia pone sequutus
Amborum, sese pater aequis passibus infert.
Qualis lucifero excitus praedurus arator,
Terga gravis cerere exigua, cum vomere adunco,
Mane agit abjunctos incurva ad aratra juvencos.

Digitized by Google

XXVI.

Ed or se in mezzo ai boschi albergan essi
O in antri cupi, o in rustici abituri,
Tutti discerner bramo i nuovi ammessi
E nel proposto lor farli sicuri.
Vo' stringer la lor destra, e vo' gli amplessi
Scambiar con tutti e i più felici augùri:
Compagno or tu d'ogni fatica mia,
Morico, addita a me l'ignota via. —

XXVII.

Ciò dice il Patriarca: e l'affollate
Turbe frattanto mormoran sommesse,
E chi 'l prega a fermar le sue pedate,
E chi d'indugio cagion varie intesse.
Ma alfin le benedice, e più fïate
Dolcemente fra lor l'addio s'espresse;
Quindi partissi colla nuova scorta,
E con Leon che seco ognor si porta.

XXVIII.

I duo compagni con alterno canto
Inneggiavano al Nume e a' Santi suoi,
E a passi eguali il Patriarca intanto
Lor facendo tenor, venìa da poi;
Così bifolco che ha di sorger vanto
Prima che spunti il Sol dai lidi eoi,
Segue curvo l'aratro, e regge il freno
Ai giovenchi ch'al suol fendono il seno.

Pronus Atlanteas rutilis jam comiuus undas
Sol afflabat equis : En , o pater , adspice montem ,
(Cum Moricus prior) excelsum : Lilibeia dicunt
Saxa illa indigenae . Non hos nulla agmina nostrae
Gentis habent scopulos . Sunt hic nemora ardua passim ,
Antraque , saxaque , hiatibus exhorrenda profundis ;
Et circum abruptae , montis latera aspera , pendent
Frontibus exesis rupes . Posuere sub illis
Partim jam comites angusta cubilia nostri ,
Tecta super quernis texentes concava ramis ;
Partim speluncas subiere , et nocte frequentant :
At cultus simul idem omnes habet , omnibus idem
Ritus , idem studium placet , una corpora curant .

Talia commemorat Moricus ; pariterque sequentem
(Jam jam etenim fuscis nox coelum amplectitur alis)
Festinare patrem hortatur , fidumque Lyaenon :
Et tandem , stellante polo , multaque sub umbra
Noctis , ad excelsas rupes , atque ardua saxa
Deveniunt fessi . Stabat tum forte , sub alta

XXIX.

Il carro intanto apportator del giorno
Piegava al mar d' Atlante: — E vedi, o Padre,
Morico grida, il Lilibeo ch' adorno
Ci sorge innanzi d' alte rupi ed adre.
In quei sassi, in que' boschi hanno soggiorno
Molte di nostra gente elette squadre,
E in mezzo a quel misterïoso orrore
Esse la pace godono del core.

XXX.

Sotto i pensili scogli ivi i novelli
Cenobiti trovâro abbietti asili,
E di canne e di foglie e d' arbuscelli
Per lor uso v' alzâr capanne umìli.
Alcuni poi de' fervidi drappelli
Contrastan colle fiere ivi i covili;
Ma lo spirito stesso, e i stessi riti
Li tiene a noi tenacemente uniti. —

XXXI.

Così Morico parla, e poichè spiega
Già la notte i suoi vanni oscuri e crassi,
Francesco e il suo Leon stimola e prega,
Perchè lor piaccia d' affrettare i passi.
Ma quando oltre il suo mezzo alfin si piega
La notte, e ogni astro più vivido fassi,
Toccâr quegli antri e quelle balze ignude
Non senza che per lor molto si sude.

Spelunca, somni immunis Corradus, Amesto
Germano comite; uno olim quos Laria partu,
Acis arenoso flaventis littore, mater
Ediderat, pariterque vovens addixerat aris
Ambos cœlicolum, et capere indiga jusserat arma.
Ili lucum ingressos, per pigra silentia noctis,
Tum primi sensere viros; primique sub antro
Exceptos, pariter duro statuere sedili.
Paulatim interea per tecta virentia murmur
Desuetum inserpit; comitum plebs caetera ad antrum
Mox excita coit; insperatumque cupiti
Ut patris adventum norunt, simul ore, manuque
Continuo plausere omnes; laetum ardua rupes,
Laetum antra assultu simul increpuere profundo.
At postquam una animos, et corpora lassa refecti,
Stramine praeduro se composuere: siletur.

XXXII.

In su la soglia d' un augusto speco
Senza prender dal sonno alcun ristoro,
Si stava a caso il buon Currado, e seco
Almesto, i quai fratelli eran fra loro;
Chè sovra un' isoletta del mar greco
Da Laria a un parto sol prodotti fòro;
Ambo al cielo fe' sacri e riunilli
Poi sotto i nostri poveri vessilli.

XXXIII.

Questi di lor s' addiedero tra i folti
Rami del bosco e la notturna ombria,
E uno scabro sedil, nell' antro accolti,
Ai già defessi pellegrin si offria.
Ma intanto avvien che un murmure s' ascolti
Che d' asilo in asil serpendo gìa,
E desto a quel romor colà si vede
Di romiti ampio stuol volgere il piede.

XXXIV.

L' inaspettato del suo padre arrivo
Come noto si fece al pio drappello,
Che s' udì rimbombar plauso festivo,
Di lieti evviva e suon di man con ello.
Allor d' intorno il sottoposto clivo
Ridestò gli echi a quel fragor novellò;
Poi confortati in su la terra dura
Si riposâr: dormìa con lor natura.

Postera jam nigris Aurora citabat ab Indis
Quadrijuges, croceis immensi gurgitis undas
Illustrans radiis, terrasque coloribus ornans.
Excussus duro Franciscus membra cubili,
Corripit extemplo: ac primum flammantis Olympi
Supplex voce Dominum, Genitumque subinde
Compellat de more suum, faturque precando.

Ade Ales, custosque vigil, cui creditus aura
Vescor inoffensa; primo jam semita ab ortu,
Quo monstrante, mihi summo patet ardua coelo:
Dexter ades, felixque veni, et meme accipe fausto
Numine: neve hodie patere ullos comitus hostes
Insultare mihi: quin tu mala longius arce,
Et casus defende atros; acresque labores
Tu tandem mitisque fove, placidusque secunda.

His pater implorat Franciscus amabile numen:
Nec minus arbuteis comitum sanctissima pubes
Sub tectis Patrem aethereum, cum plebe Volucrum,
Reginam sed praecipue divumque, polique,
Supplex ore ciet, votisque precatur opimis.

XXXV.

L' Aurora alfin dall' indico oceáno
Sospinse fuor gli alati corridori,
E l' onda e il suol colla purpurea mano
Seminò de' suoi raggi e di colori:
Quando lasciava il suo giaciglio strano
Francesco ridestato ai primi albori,
E alzar s' udia la mattutina lode
Al Re supremo e al suo Genio custode.

XXXVI.

— Angel fido, a quest' ultimo dicea,
Da cui vegliato tuttor l' aure pasco,
Tu da questa d' esiglio aspra vallea
M' addita il cielo e il più salubre pasco.
Se tu mi reggi, io so sprezzar la rea
Rabbia d' Averno e a la virtù rinasco.
Se tu propizio mi secondi, io vaglio
Il pondo a sostener d' ogni travaglio. —

XXXVII.

In questa guisa il Patriarca implora
Il santo Angel compagno a la sua vita
E prece ugual va risuonando ancora
In ogni cella rustica e romita.
Ivi l' Eterno da ciascun s' adora,
Ivi agli Angeli suoi si chiede aita;
Ma i voti più frequenti a Lei si danno
Che tiene in ciel regina il primo scanno.

Digitized by Google

Jamque adeo ipse suam exoptans cognoscere prolem
Et coram spectare avidus, pater optimus, ultro
Accitu sistit totum sibi protinus agmen.
Conveniunt omnes, animisque volentibus adsunt:
Ille his, in medio postquam stetit, ore serenus
Infit. Ego ut tandem, longo post tempore vectus
Huc, vos cerno libens! Ut me juvat ora tueri,
O socii, dudum optata; et miscere vicissim
Sermones castos; vitaeque evolvere egenae
Principia, atque acres sanctis mollire labores
Oraclis! Eja ergo, hodie spes discite vestras;
Atque animis penitus memores mea figite dicta.

Principio nostrae ne vana exordia vitae,
Ne prorsus deserta opibus, ne credite nullis
Auxiliis suffulta: jacent inmota sub alta
Fundamenta operis coepti strue. Terreat asper
Forte animos cultus, durisque horrentia setis
Tegmina. Sed magnis num purpura regibus arcet
Aerem hyemem, saevumque gelu, aut morte eripit atra?
Exortesque mali facit, exortesque dolorum?

Digitized by Google

XXXVIII.

Frattanto riguardar più presso anela
I suoi guerrier novelli il magno duce,
Sicchè l' intiero esercito s' attela,
Su cui gran lampo di fervor traluce.
Nessun di lor mancò, nessun più cela
Il giubilo del cor ch' ivi l' adduce,
Quando fra lor sorse Francesco, e lieto
Così fè noto il suo pensier secreto.

XXXIX.

— Oh! come e lungamente io desiai
Trovarmi vosco, o mia diletta prole;
Come or su voi fissar mi giova i rai,
E far cambio d' affetti e di parole!
Come mi è dolce ragionarvi omai
Dell' aspra vita ch' iniziar si vuole!
Or v' apre il labbro mio le vostre sorti,
E ognun di voi scritte nel cor le porti.

XL.

La vita nova che per noi si tenta
È soffolta da man più che mortale,
E il solenne edificio ha fondamenta
Profonde sì, quanto esso in alto sale.
Quest' irta veste or forse in voi rallenta
Il prisco ardor; ma che? l' ostro reale
Salvar può meglio dai rigor del gelo,
O farsi usbergo della morte al telo?

Esto, agimur totum extorres, domumque per orbem
Ignari, erramus; verum premit arcta facultas.
O, ubi, dicite, opes Croesi? sceptra aurea regis
Lacmedontei monstrate, arcemque superbam.
Scilicet hos aurum, regnique immensa potestas,
Fortunaeque anceps manus, ac variabile numen
Donavere astris, et coeli sede beata?
Proh dolor! ignavosque viae virtutis, et altae
Oblitos patriae simul, hospitiique supremi,
Sors instructa dolis, rerumque infanda cupido
Abjunxere bono, et caeco mersere barathro.

Contra bissenis, jam tum spectate, clientes
Siderei (nempe electissima pectora) Regis,
Quo cultu, quo nam vitam excoluere paratu:
Discite monitus, quae jussa, audite, Magister
Olim errabundis dederit; quae premia subdat,
Percipite, una acres demulceus rite labores.

Digitized by Google

XLI.

Nessun sel creda: altro quaggiù non siamo
Che dannati all' esiglio ed alla morte;
E poichè noi portiam di quel di Adamo,
Duopo è lottar col clima e colla sorte.
Ahi! mi dite, che fu del gran Priámo,
E del suo regno sì possente e forte?
Ditemi, l' oro accumulato a Creso
Potè alleggiar de la sventura il peso?

XLII.

No; que' loro tesor, quel loro scetro
Che su molte favelle alzaro un giorno,
Nè di fortuna il varïabil metro
Lor valse, onde sugli astri aver soggiorno.
Ma, lasso! a vanità correndo dietro,
E di far non curando al ciel ritorno,
Spinti da voglie ree, da fato amaro
Nell' oscuro baràtro alfin piombaro.

XLIII.

Ma i dodici mirate al Redentore
Fidi compagni, alti e robusti petti,
E mirate l' asprezza ed il rigore
A cui voller vivendo essere astretti;
Udite alfin quai l' incarnato Amore
A lor dettò santissimi precetti,
Di qual premio donolli, e quale immenso
Alle fatiche lor diede compenso.

Digitized by Google

Ite, ait, este humiles; animisque ardentibus ultro
Temnite opes, aurumque nocens; contemnite honores.
Imo, agite extemplo ne dum deponite amictus
Conspicuos; sed bina fovens ne penula posthac,
Vel dum horrens Chiron nervo stridente sagittas
Dirigit Aemonias, algentes ambiat artus:
Una satis: superat quicquid, natura recusat.

Prosequitur divus Rex, atque ita mandat alumnis.
Ite modo, et magnis occurrite regibus ultro;
Et simul audaci sic ore monete potentes.
Discite justitiam, sanctos jam discite cultus,
O gens mentis inops: Auctorem agnoscite rerum.
Semiferis ne templa deis, ne ponite monstris
Thuricremas aras: neque enim saxa aspera, sed nec
Aera pios ignes cum thuris honore merentur.
Tum contra iratos, tormentaque saeva minantes
Formidetis (adest quippe haud superabile numen,
Aethereo demissa polo levis aura) cavete.
Ergo ite intrepidi: vibratis pectora telis
Objectate ultro: cedent tela impia, cedet
Saeva acies ferri: nec demum praemia vestris
Digna ausis deerunt: magno solia aurea coelo
Stant, ubi certa quies vobis, laetique triumphi.

Digitized by Google

XLIV.

« Itene (ei disse) e disprezzate umìli
L' oro e quanto più degno al mondo sembra;
Care vi sieno ognor le vesti vili,
Nè più d' una a voi copra unqua le membra;
Neppur quando Chiron le sue sottili
Freccie vibra alla terra e il gel vi assembra;
Sì, una veste per voi torni abbastanza:
Natura abborre tutto ciò che avvanza.

XLV.

Ite (seguia la somma Sapïenza)
Ite a quei che de' regni hanno il governo:
E lor tuonate: in somma reverenza
La giustizia tenete e 'l nume eterno.
Se d' intelletto or voi non siete senza
Non innalzate l' are ai Dei d' inferno:
I marmi e i bronzi rigidi ed immoti
Non s' abbiano da voi gl' incensi e i voti.

XLVI.

Nulla tema però di lor vi prenda,
Si sdegnin essi o vi minaccin morte;
Uno spirto dal ciel fia che discenda
Per darvi aita assai di lor più forte.
Intrepidi durate alla tremenda
Lor ira ed ai tormenti e all' aspra sorte.
V' avrete il premio poi d' ogni martoro;
In ciel v' attende il trionfale alloro. »

Haec canere aethereus Rex olim suerat amicis
Bella suis, sic deinde acres mollire labores.

Ergo, agite (ipsa eadem quando et certamina nobis
Instant, saeva isdem Rex ipse incommoda mulcet
Promissis) ne dura animis horrescite victis;
Neve acer vitae cultus premat, arctaque rerum
Conditio. Brevis urgentum, facilisque malorum
Nos agitat series: vocat immortale per aevum
Longa quies, longaeque expectant gaudia vitae;
Nempe ignara metus, fortunaeque inscia caecae.

Sic pater. At comites assultavere loquenti;
Et circum una omnes addensavere coronam,
Assensu unanimi divina exorsa probantes.
Ille autem populos sanctae virtutis egenos,
Ignarosque boni, monitis coelestibus optans
Imbuere, excessum parat; affatusque Lyaenon;
Tu Moricum, nostrumque ducem, comitemque fi-
(delem
Siste (ait) actutum huc: opera intermissa, viaeque
Qui superest coepta jam nos labor ipse reposcit.

Digitized by Google

XLVII.

Il re del Ciel così predir soleva
Le future battaglie ai fidi amici.
Indi sì l' infiducia e li solleva:
« Ah! se v' aspettan barbari supplici,
Se tempesta crudel su voi s' aggreva,
Ridete a ciò: sarete alfin felici,
Tanto promette il cielo, e tai promesse
Dolci vi ponno far le pene istesse.

XLVIII.

Breve e facile via di guai n' appella,
Ma riposo immortal n' è il guiderdone,
Nè per tema o per sorte aspra e rubella
Allor vacilleran nostre corone. —
Così Francesco; e i suoi compagni in quella
Fer plauso unitamente al suo sermone,
Poscia d' intorno agglomerârsi a lui
E concordi assentiro ai detti sui.

XLIX.

Ed ei ch' avea de' suoi precetti avviso
Far largo pasto a le smarrite genti,
Mosse a partir; Leone all' improviso
A Mòrico si volse in questi accenti:
« O fida scorta che con noi diviso
Hai finor del cammino i patimenti,
Sorgi di nuovo; or ne richiama ad essa
La via che resta e l' opera intramessa. »

Dux aderat; brevibus quem mox pater occupat ultro.
Littoreo stant clara sinu (sic fama) Panormi
Moenia, tranquillo ratibus fidissima portu.
Huc, postquam pagique breves, atque oppida clara,
Nos monitus sanctos, divinaque jussa canentes
Audierint, callemque arctum virtutis, et aedes
Monstrantes, populi cognorint; ultimus esto
Cursus: ad Hesperium vel nos brevis inde phaselus
Abductos revehat litus: demumque Subasus,
Reginaeque poli sedes veneranda receptet.

Haec effatus, iter Moricum jam rite tenentem
Subsequitur, multa arcano sub corde volutans
Secum una, multaque via taciturnus obibat.
Jam vero haud temere protenta silentia sermo
Ruperat opportunus, et ingeminata vicissim
Verba ierant passim; cum dux: Pater optime, campos
Cerne Arethusaeos (ait) excelsumque Pachynum;
Cerne Syracusias turres, urbisque vetustae
Moenia, famosis apprime insessa tyrannis.
Crastinus affulgens primo cum lumine vesper
Umbrosa nos sede, reor, lucoque Panormi
Sistet littoreo, et sociis conjunget amatis.

L.

E surse il conduttor. — Se vero è il grido,
(Dissegli il padre allor) l' altere mura
Stan di Palermo su declive lido,
Stanzion di navi placida e secura. (1)
Albergo alfin vi troverem noi fido,
Poichè ridotte alla miglior pastura
Avrem le genti per città, per ville,
Destando in lor di santo amor faville.

LI.

Sovr' agile barchetta indi ritorno
Farem d' Esperia alla diletta riva,
Poi l' Asio rivedremo e il bel soggiorno
Che piace tanto alla celeste Diva. —
In così dir, di Mòrico che attorno
Spïava i luoghi, i piè seguendo giva,
E taciturno s' avvanzava, e molte
Arcane cose avea nel seno accolte.

LII.

Ma il silenzio talor rotto s' udìo
Fra lor nel malagevole cammino.
Gridò la fedel guida: o Padre mio,
Ecco Aretusa alfine, ecco Pachino;
Ed ecco Siracusa, ove già rio
Monarca tenne barbaro domino;
Diman saremo a nuovi amici in mezzo
De' boschi di Palermo assisi al rezzo. —

Talia dux, patri nequicquam audita, ferebat :
Nam neque festinum cursum, sed lentius omnem
Destinat ire viam, et medias pervisere gentes.

Ergo animo exardens, populosa per oppida cives
Alloquitur, monitisque ciet; corda inscia recti,
Et mentes coeli expertes, pietatis amore,
Atque aequi fovet, et divinis ritibus implet.
Non humiles pagos, non dedignatur agrestum
Conventus, non pastorum magalia linquit :
Omnes affatur, simul omnes instruit, omnes
Et virtutis iter docet, et coelestia monstrat
Praemia : contra aperit dictis, ignava voluptas
Una suos ignominiis queis turpet alumnos :
Tartareis demum ostendit quam dira sub umbris
Supplicia expectent sontum miserabile vulgus.

Haec pater intentis passim, divinitus acto
Ore, dabat populis; apparent celso Panormi
Cum jam improviso conspectu moenia : et : O, mox
(Dux prior) extremumque viae, extremumque la-
(boris
Haec, pater, hora dabit. Nigri viden' ardua luci
Culmina? Turba loco nostrorum haud degener alto
Consedit comitum, felicique omine servat.
Sic memorans, iter haud segnis breve corripit : et
Evicit prior, et jam jam nemus ille tenebat. (mox

LIII.

Morico disse; ma Francesco appena
Porge attento l'orecchio alle parole,
E il ratto andar de' suoi consorti affrena,
Che fra le genti intrattener si vuole.
E in fatto, l'alma d'alto zel ripiena,
Per via tuonar divini accenti ei suole,
E i cuor già rotti ad ogni vizio accende
Di pietà, di giustizia, e al ciel li rende.

LIV.

Nè le villette disprezzate evita
E de' pastori i semplici abituri;
Si chiama tutti appresso e a tutti addita
Siccome per virtù l'uom s'infuturi;
E mostra poi qual dolorosa vita
Traggan di voluttà gli animi impuri,
Finchè giustizia con orribile arte
Alle lor colpe il giusto fio comparte.

LV.

Tale ispirato il patriarca ognora
Chiamava a miglior via le turbe accorse,
Quando gridò la scorta: » O Padre, l'ora
Che darà fine al nostro andar già sorse.
Ve' Palermo e i suoi boschi, ove dimora
Gente che al divo tuo vessil ricorse. »
E in così dir mosse più ratto, e il piede
Pose primier nella selvaggia sede.

Digitized by Google

Conventum in magnum comites de more sedebant
Instructi, heroumque inter se facta vicissim,
Virtutumque recensebant insignia clara;
Cum jam impreviso Moricus coram adstitit: olli
Laetitia exciti, plausuque, et voce repente
Turbant concilium, venientemque agmine cingunt:
Tum fesso, et longe vestigia lenta trahenti
Occurrunt patri; multaque salute receptum,
Mox brevibus tectis statuunt, et corpora curant.

Jam ter ab Eois Titan excesserat Indis,
Cum patri sedit Trinacrida linquere terram.
Ergo omnem aggrediens coetum, sic protinus infit.

Vidi equidem (o superum jam tum indulgentia votis
Non diversa meis!) quam laeti flaminis aura
Res nostras successus alat: quo numine gentis
Castra Subasaeae vulgo tentoria pandant:
Et quam felices, fortunatique labores
Jam credi possint nostri, dicique, beatis
Sedibus aetherei quos Rex dignatur Olympi.

LVI.

Assisa in cerchio l' umile famiglia
Stava de' prischi eroi narrando i gesti,
E i sacrificî che Virtù consiglia
Givano enumerando or quelli or questi.
Visto Mòrico appena, alzâr le ciglia,
E fer di gioja segni manifesti,
E turbando il concilio, al sorvenuto
Dieder di pace il solito saluto.

LVII.

Quindi a scontrare accorsero il gran Padre
Che venìa su per l' erta a lenti passi;
Gli fecer plauso, e nell' anguste ed adre
Celle gli ristoraro i membri lassi.
Tre volte il sol dall' indiche leggiadre
Maremme surse, dacchè quivi ei stassi,
Quando d' abbandonar Sicilia pensa,
E questi detti ai fidi suoi dispensa.

LVIII.

— Io vidi ben, che del superno Spiro
L' alito favoria la nostra impresa,
E che a seconda omai del mio desiro
Benigno il ciel tutto il favor palesa.
Stender sue tende a me dintorno io miro
Novella prole d' alto zelo accesa,
E che le cure mie felici sono,
Tanto che giungon care al divin trono.

Digitized by Google

En modo, quis coetus, nemorum per opaca sequentes
Dura Subasaei ritus insignia tantos,
Finibus his unquam se posse offendere credat?
Quis, quot Iapygiis inveninus agmina campis,
Commemoret dictis? turbae quae littora egenae
Illic ignota, et nostrae non hospita genti?
Horrores qui lucorum, nemorumque recessus
Inmanes inopum cultus, ritusque Subasi?
Ergo, agite, o socii, tantos agnoscite honores.
At vero, angustae quod vos incomoda vitae,
Expertes et opum, simul expertesque quieti
Hospitii male suada premant, jam muneris esse
Credite divini: neque enim solia aurea coeli,
Luxuries quos atra fovet, turpisque voluptas,
Promeruisse queunt, nec sese tollere in auras
Altius aethereas, cuneisque inferre beatis;
Tartareos sed adire lacus, stygiaque necesse est
Nocte premi, aeternoque urgeri carcere, et igni.
Vos autem, quibus e coelo spectabile lumen
Affulsit, dudumque animi penetralibus haesit;
Quo nunc, exemptis errorum ambagibus atris,
Et sperare polum fas est, et cernere verum;
Accipite haec quae dicam hodie, et date mentibus inis.

LIX.

Ed or chi offenderà le folte schiere
Che a me devote in queste selve io vidi?
E quanti all' ombra de le mie bandiere
In Puglia non trovai già guerrier fidi?
Non son le genti povere straniere,
Non sono ignote ai più lontani lidi,
Rupe o selva non è sì alpestre e focca,
Che i riti del Subasio or non conosca!

LX.

Il vostro onor vi caglia, e se or vivete
Vita esposta alle angustie, al caldo, al gelo,
Se l' ospizio vi manca e la quïete,
Godetene; favor certo è del cielo.
Chi di falsi piacer soltanto ha sete
Nè muta vita col mutar di pelo,
È ben dritto che strisci ognor sul suolo,
Nè che su gli astri si sollevi a volo.

LXI.

Invece merta che nel foco eterno
Sia tormentato dalle furie orrende,
Ma lo spirto divin che fa governo
Di voi, solo del ciel degni vi rende:
Vi s' aprirà del Vero il gran quaderno,
Rotte ch' avrete dell' error le bende:
Un dì vi s' aprirà; ma date orecchio
A quanto di narrarvi or m' apparecchio.

Durum iter, acre, altum, praeceps, immane, tremen-
(dum,
Qua vocat, et magnis hortatibus, aurea virtus
Ire adeo nobis, dux prudentissima, suadet:
Sed jam contra acies deflectite luminis ambas;
Et pariter spectate deam, spectate supremo,
Quam posuit, celsi montis sibi vertice, sedem.
Nimirum aethereis illic splendoribus aedes
Extructae effulgent: stat formosissima moles:
Aurea, vestibulo in magno, mox prima teruntur
Limina: compages laterum aurea surgit, et aureum
Tectum omne auratis incumbit rite columnis:
Ac circum ex altis vulgo numerosa trophaeis
Dependent spolia, heroum immortalia quondam
Et decora, et longum rerum monumenta per aevum.
Hic tandem (o, vestras spes discite) servat alumnis
Diva suis non mortalem, fatisque malignis
Mercedem addictam; at laetos sine labe triumphos,
Ociaque occasus ignara, et gaudia: quae quis
Dixerit? haud fas hic bona tanta efferre loquendo.

LXII.

È duro inver, lungo, tremendo e fiero
Il calle dove la Virtù n' invita,
Ma l' alma Dea va innanzi nel sentiero
E amorevol c' incora alla salita.
Oh! il nerbo della vista e del pensiero
A lei volgete e al monte che v' addita,
Al sacro monte e a quell' aerie cime
Dove s' erge il suo tempio al ciel sublime.

LXIII.

È di celeste artefice lavoro
Questa superba inarrivabil mole;
Sparge di luce intorno ampio tesoro,
Che sarian poco meno i rai del sole;
Sotto l' ampio vestibolo son d' oro
Le porte, e interna forza aprirle suole,
E d' oro son le mura, e d' oro il tetto,
E le colonne su cui stassi eretto.

LXIV.

Mille trofei dentro i recessi sacri
Pendono intorno e insegne e rare spoglie;
E sono ivi disposti i simulacri
Di color che a ben far poser le voglie.
Lassù la Diva a cui le si consacri
Dà tal mercè, che sorte aspra non toglie;
E prepara tal gloria e tai contenti,
Che non sanno ridir terreni accenti.

Et nunc ergo animos certatim attollite, et altum
Arripite, o, virtutis iter: ueu terreat acer
Vos labor: ite ultro, duris assuescite rebus:
Atque animos durate malis: durate nivali
Membra gelu. Ne magna quidem, ne clara putanda
(est
Gloria, per duros veniat nisi parta labores:
At quae vim passa est validam, nisusque per acres
Trita diu, extremos nequicquam sentiet ignes,
Nec cineres visura rogi est; sed laeta per auras
Inserpens, claris sese mox implicat astris.

Jam vero, o socii, tempus monet, ipsaque rerum
Conditio impendens, meue hinc excedere cogit.
Vos autem unanimi jam dudum pace jugati,
Este pii, sincerique, et date mutua amoris
Vincla haerere animis: foedae sit nescia culpae
Vita, piique habitent sincero in pectore mores.

LXV.

Alzate adunque, alzate al ciel gli sguardi;
La via prendete che Virtù v' insegna;
Il soverchio penar non vi sgagliardi,
Aspra fatica di grand' alma è degna.
Intrepidi del mal reggete ai dardi,
Sopportabile il gel per voi divegna;
Vera gloria non è, se non l' appura
Il battesmo del pianto e la sventura.

LXVI.

Ma dai contrasti di nemica sorte
Ognor suole la gloria uscir più bella,
Suol nelle pugne addivenir più forte,
L' aste avverse spuntando e le quadrella.
Essa non teme poi l' ombra di morte
Nè di Lete la muta onda rubella,
Ma a questo basso suol volgendo il tergo
Rapida s' erge agli astri, e ponvi albergo.

LXVII.

Ma già il tempo, o miei socî, e delle cose
Il tenor mi richiama alla partenza;
Portate il giogo che il Signor v' impose,
Nè di sincera fè siate mai senza;
Incateni le vostre alme pietose
Bella d' amor fraterno intelligenza;
Nube di colpa non infoschi il lume
Del vostro angelicato almo costume. —

Haec postquam, haerentem compellat voce Lyaenon;
Atque una ad portum tendunt, sociosque relinquunt.
Olli supplicibus votis comitantur euntes;
Et laetum pariter cursum properantibus orant.
Interea molles (sic numen agebat) ad undas
Stabat subducta vacuus, de more, phaselo
Rector: hic heroas venientes occupat ultro
Mox prior, invitatque rati: simul accipit ambos,
Ingentes parva vectores puppe ferendos.
Nec mora longa, Notos undantia vela secundos
Accipiunt: flatu ratis acta, et numine dextro,
Laeta secat fluctus: validis Neptunus habenis
Instat aquis, curruque premit, sternitque sonanti.
Subsidunt undae: Thetis, et chorus excitus omnis
Nereidum ciscumsiliunt, lustrantque choreis,
Impelluntque citam dextra laevaque carinam,
Haud nandi ignarae. Velox fugit illa per undas;
Donec Sebeti formoso in margine sidat,
Semiferaeque altam contingat virginis urnam.

Franciscus vero cum primum littoris ora
Constitit Ausonii, sic fidum voce Lyaenon
Affatur prior. En votis labor omnis abunde

LXVIII.

Disse, e chiamò Leone, e al porto insieme
Trassero abbandonando i lor fratelli,
Che mite il mar nelle licenze estreme
Fervidamente supplicâr per quelli.
Sul lido ove sommesso il fiotto geme
Sotto il pondo degli agili battelli,
Trovar l' usato legno, e il pio nocchiero
Ch' ambo li accolse e fu del carco altero.

LXIX.

Gonfian le vele omai placide aurette
E divino favor spinge la nave,
Chè Nettuno a le mosse onde soggette
Pone quel fren che il mar conosce e pave.
Danzanle intorno in vago nodo strette
L' azzurre Ninfe e Tetide soave;
Ed or coi bracci, or coll' eburneo dorso
Van secondando l' agile suo corso.

LXX.

Veloce fugge la barchetta, e a drieto
Traccia del suo passar si lascia appena,
Ed arrestossi allor che sul Sebeto
L' avel mirò della regal Sirena.
Quando Francesco poi fatto più lieto
D' Italia bella ricalcò l' arena,
E al buon Leone favellando, in questa
Guisa la gioja sua fè manifesta.

Plenis noster iit: nec non expleta Volucris
Aetherei mandata: urget super una laboris
Quae nos ad flavum revehat jam cura Subasum.
Hinc modo carpe viam; sequar ipse, age, previus ito,
Nona (ego ni fallor) cum se lux fessa sub undas
Condet Atlanteas, prima cum nocte Subaso
Reddet, et aethereae Dominae nos sistet ad aras.

Haec effatus; et una excitis passibus ambo
Corripiunt iter. Extorrem jam longa, per oras
Ingotas terrae, et ventosa per aequora ponti,
Perque hominum immanes ritus, gentesque feroces.
Usque adeo expertum charae discrimina vitae,
Sic domus, et nati, conjuxque pudica reposcunt.

Jamque adeo vallesque cavas, collesque supinos
Transiliunt: jamque iliadae superantia longe
Moenia prospiciunt, septenaque culmina Romae.
Accelerant, avidi geminorum limina divum
Visere (tantum animis ea cura recursat); et alta
Jam porta excepti, mox sancta ad templa subibant.

LXXI.

— Ecco, tu vedi il mio sudor fecondo,
Qual già m' impromettea l' alato duce,
Più forte cura or di tornare al biondo
Subasio, il passo ad affrettar m' induce.
Va dunque primo, io ti verrò secondo;
Nè forse spenta fia la nona luce,
Che giunti al patrio Monte abbracciar l' ara
Potremo di Colei ch' è al ciel sì cara. —

LXXII.

E' tacque e non prendendo altro riposo
Al piè d' ambi ponea l' ali il desio,
Non altrimenti ch' esule angoscioso
Se speme rida a lui del suol natio;
Che con barbare genti e coll' iroso
Flutto lottando sotto clima rio,
Sfida alfine del ciel tutti i perigli
Per ribaciar la sposa e i cari figli.

LXXIII.

Or traversan le valli, or dei supini
Monti l' ertezza han percorrendo doma:
E già si veggon torreggiar vicini
I sette colli dell' eterna Roma.
Ardono allor prostrarsi i pellegrini
All' urna u' dorme la terrestre soma
De' duo possenti che in custodia l' hanno:
Entran le porte e al tempio indi sen vanno.

Submissi divos precibus venerantur, et urnis
Suppliciter geminis geminata ter oscula figunt.
Dis ubi factus honos, et casta mente litatum:
Nos iter abruptum revocat (pater inquit): et una
Corripiuntque viam, templumque, et moenia linquunt.
Accipit egressos regio mox limite claro,
Flaminia qua strata manus saxa aspera fulgent:
Et jam piniferi dextra latera arduna radunt
Soractis: mox te saxoso in vertice linquunt,
Narnia: teque albo pingues, Nar, flumine campos
Scindentem evadunt: nec dehinc mora longa, Subasum,
Reginaeque poli propius sacra culmina ceruunt.

Interea sociis optatum nuntia patris
Fama canit reditum Francisci: et amabile nomen
Haud dubio praecone sonat. Simul ipse propinquans,
Jam tum improviso Reginae templa subibat
Aethereae. Sed enim longo haud post tempore, turbae
Conveniunt avidae heroem de more loquentem
Audire, et sanctas virtutes rite doceri.

Digitized by Google

LXXIV.

Inginocchiàrsi, e fra i sospiri e i voti
Più volte essi baciàr l'una e l'altr' arca,
E poi di là partendosi devoti
Così gridar s'intese il Patriarca:
— Noi quì restar non ci dobbiamo immoti,
D'altro e lungo cammino il ciel n'incarca:
E tosto usciro, e s'addrizzàr da pria
Del gran Flamminio a la famosa via.

LXXV.

Costeggiàr del Soratte il destro lato
Che d'alti pini il culmine circonda,
E ratto addietro s'ebbero lasciato
Gli scogli, o Narni, di cui se' feconda;
Poscia il pingue terren sempre irrigato
O Nera, dalla tua volubil onda;
Nè s'arrestàr finchè dell' Asio a piede
Non scorser di Maria la sacra sede.

LXXVI.

La fama intanto nunzia del ritorno
Lo precorrea, quand' egli all' improviso
Toccò l'arcano e tacito soggiorno
De la Donna immortal del Paradiso;
Ma poco stante gli si fan d'intorno
Le turbe convenute al fausto avviso,
E udir sui labbri suoi ciascuno anela
L'ispirata santissima loquela.

Quas ille et placidis monitis, unaque severis
Prosequitur dictis; et hiantia ritibus implet
Corda piis, mentesque docet servare pudicas.
Quin etiam ipse ultro, assueto de more, frequentes
Invisit populos: vicos, rura, oppida vulgo
Percurrens, divina canit praecepta; minasque
Commemorat divum infensas, scelerumque malorum
Ultrices poenas instare nocentibus atras
Commonet: inde animos acuens, simul aurea contra
Praemia virtutum ostendit; clarosque triumphos
Effulgere polo, et quondam expectare beatas,
Felicesque animas. Ille haec canit: auribus adstant
Arrectis populi, mentesque ad sidera tollunt.

Haec inter, magno circumlabentibus astris
Orbe poli, auratam vergens puer aureus urnam,
Aurato, auricomi perfuderat imbre jugales
Auricomos Phoebi; et jam mitior ire solutis
Alma dies nivibus: jam pater ocia mentis
Tranquillae Franciscus ageus, laetabile magni
Orandae hospitium reminiscitur; altaque sedis

LXXVII.

Ei con placidi avvisi ed or con duri
Accenti l'alme racconsola o scuote;
A tutti raccomanda i santi e puri
Riti, e la legge che salvar ne puote.
Poi scorre i borghi usati e gli abituri,
E ovunque fa sonar celesti note;
L'ira di Dio pinge dovunque, e quale
Segua sempre il fallir pena fatale.

LXXVIII.

Indi rinfranca gli animi atterriti,
E gli aurei premi di virtù ne mostra:
E dice a quai trionfi il ciel n'inviti,
E quanta ivi sarà la gloria nostra.
Mentre tai sensi or minacciosi or miti
Francesco esprime, il popolo si prostra
Sommesso intorno, e la riscossa mente
Al pensiero di Dio tratta si sente.

LXXIX.

Avea già il Sol ne' suoi celesti errori
L'undecima del ciel stanza varcata,
E l'iliaco garzon sui corridori
Del dì versato avea l'urna dorata. (2)
E già scioglican di zefiro i tepori
La neve sull'eccelse alpi indurata,
Quando Francesco si riscosse, e quando
Il ricco dono rammentò d'Orando.

Colloquia arcanae, penetraliaque intima, tantum
Conscia sermonum, simul et memorabile primae
Foedus amicitiae, et nemorosae dona Lavernae:
Cuncta animo subsunt: dextrae data dextra, fidesque,
Jam reditum exposcunt promissum; et tempora sua-
(dent.
Sed quid agat? quonam respondeat ordine rebus
Diversis? Nam parte alia, venerabile magnae
Reginae oraculum, et mandata impensius urgent.
Ergo multa animum nunc huc, nunc dividit illuc,
Ancipitemque trahit; cum tandem numina Patris
Coelicolum implorat, supplexque ita voce precatur.

Tu Pater, unde genus nobis, arcessimus unde
Aethereos sensus; lux unde, et spiritus astris;
Unde ignis, vegetusque calor, unde aura caducis
Rebus inest: animi dubium bonus adspice meme,
Ignarumque viae tu dux rege: limite monstra
Quo me ferre pedem jubeas: quid postulet usus
Osteudas: propiusque adsis, Pater optime, coeptis:

LXXX.

E rammentò come tra lor soletti
Di solenne amistà si fer proteste,
E i luoghi consci d' ispirati detti,
E le rupi d' Alverna e le foreste.
Or di nuovo si son gli antichi affetti,
E le memorie antiche in lui rideste;
E poichè la stagion propizia riede,
Del ritorno s' affretta a scior la fede.

LXXXI.

Ma che farà? come a sì varie e tante
Cose ad un tempo provveder potria?
Gli rimbomba all' orecchio ad ogni istante
Il gran comando che gli fè Maria.
Sicchè stando fra duo, non sa le piante
Dove siagli mestier volgere in pria,
E supplicando, alfin si volse al cielo
Perchè del suo voler gli alzasse il velo.

LXXXII.

— E Padre, disse, onde l' origin trasse
Questo limo plasmato e spiro e vita,
Tu ch' hai splendore agli astri e a le più basse
Essenze moto e vigoria largita,
Snebbia le luci mie velate e crasse
E al mio dubbiar porgi benigno aita;
La via m' accenna, il tuo voler palesa,
E soccorri, o gran Padre, all' alta impresa.

Tum vires, animumque fove, tandemque labores
Da mites simul ire, et certo fine potiri.

His ille orabat dictis; unaque repente
Affulget tonitrus laeva de parte coruscans.
Prosequitur subito e media vox reddita luce.

Tu, tibi quae mandat divum Regina, necesse est
Expedias: primus labor hic te agit: arduus ultro
Ecce aditus rerum sese offert. Eja, age, mox te
Laetitia excipiet, cum tu numerosa tuorum
Agmina natorum adspicies: ne defice rebus
Sub tantis, animi victus: nam praeside magna
Diva, opus hoc geris: haud tanto sub numine fas est
Formidare tibi. Mox vero, his rite peractis,
Festinum Hetruscus et jure reposcit amicus.
Vox tantum. Auditu primum vir constitit haerens,
Obtutuque oculos defixus, inhorruit: at mox,
Postquam laetitia exorta, et vis reddita menti est,
Accingit sese curis, animumque vigentem,
Rerum adeo versat successum, agitatque per omnem.

LXXXIII.

Tu la lena m' accresci e tu nel core
Ponmi coraggio che il cimento agguagli;
Sorridi, benedici al mio sudore,
E corona i miei stenti e i miei travagli. —
Ei tacque alfin: d' insolito chiarore
Fulse il ciel, sicchè l' uom fia che n' abbagli;
E mentre a manca brontolava il tuono,
Voce arcana s' espresse in questo suono:

LXXXIV.

« Esegui or quanto la gran Dea t' impone,
Prendan quindi la mossa i tuoi consigli.
T' attende omai di giubilo stagione,
Chè presso ti vedrai tutti i tuoi figli. (3)
Togli il gran peso, e se Colei dispone
Tanto di te, non dèi temer perigli;
Fa pur volonteroso ogni sua brama,
Poscia in Etruria l' amistà ti chiama. »

LXXXV.

Tacque la voce. Lungamente ei stette
Senza favella e senza muover gli occhi;
Indi alla gioja lo stupor cedette,
Chè di gioja ebbe l' alma e i sensi tocchi.
Tutte allora le forze al cor ristrette
Sentì ringagliardir polsi e ginocchi,
E ratto scese nell' agon, nè pace
Più gli diede il pensier dell' opra audace.

Tum vero accersit fidum, de more, Lyaenon,
Consiliumque aperit totisque ex ordine rebus
Edictis, certumque facit, mandatque subinde
Certa ministerio quam primum explenda fideli
Munia, solliciti nempe exposcentia curam
Structoris: subit ille animo mandata volenti;
Nec secus ac jussus (medii brevis hora) facessit.

Interea comitum simul omnis conscia rerum
Fit turba: laeto parvas rumore per aedes
Vox resonat, tempus jam tum adventare petitum,
Tota Subasaeae quo mox simul agmina gentis
Conveniant certam ad sedem; numerumque suorum,
Nominaque, atque acies, et sacra insignia discat
Franciscus, pater ipse ducum; et praeclara Subasi
Gloria, quaque Indos, et qua sol spectat Iberos,
Fulgeat, ac sublime caput tandem inferat astris.
His inopum coetus tum sic rumoribus actus,
Instaurat sacros cantus, atque acrius instat
Ritibus aethereis, donisque impensius aras
Instruit, ingeminans cultus, et laudis honores.
Scilicet imploratque deos, summumque deorum,
Supplicibus votis, Genitorem, animisque precatur.

Digitized by Google

LXXXVI.

Chiamò Leon, come era usato, e tutto
L' ordin gli schiuse de' promessi eventi,
E reso appien delle sue brame istrutto,
Vuol che di queste esecutor diventi;
Chè l' opra esige a dar l' atteso frutto
Pronte man, pensier fermi, animi ardenti.
Leon si curva al grave incarco, e in breve
Esegue i cenni che da lui riceve.

LXXXVII.

La turba poverella in poco d' ora
D' asilo ode in asil correre il grido,
Che debba ognun lasciar la sua dimora
Per congregarsi in convenuto lido,
Dove Francesco quanti son finora
I campion dell' esercito suo fido
Vegga, e i nomi ne apprenda e le bandiere
Dell' assembrate numerose schiere.

LXXXVIII.

Oh allor più chiara all' Indo ed all' Ibero
La gloria andrà dell' Asio, ed anzi al cielo!
Già scosso a quella voce il ceto intero
Avvampa in core di più caldo zelo;
Itera i sacri canti, e con sincero
Omaggio all' are di bei fior fa velo,
E innalza voti ognor supplice e pio
Alle supreme Intelligenze e a Dio.

Reginae sed enim aethereae spectabile numen
Multa vocat; tantique assuetam numinis auram,
Auxiliique exposcit opem, eventumque negoci
Felicem exorat magni: tandemque vocatu
Indigetes crebro, et precibus compellat amicos.

At pater (hic primum rebus fortuna gerendis
Nimirum oblata est par, atque accommoda visa)
Centurias gentis mox rite Subasidis omnes
Ad sese acciri, sistique ex ordine curat.
Praecipue vero jussis, ductoribus instat
Conveniant, multa edicens; jam tum ipse coactos
Quos adeo una omnes optat spectare; quibuscum
Opportuna queat magnis de rebus habere
Consilia, atque acres justo simul ordine curas
Quondam partiri, et duros aequare labores.
Nec non et leges, et, qui modo traditus, ordo
Vitaeque, et cultus, quo jam venerentur honore,
Explorare optat: num liba, et munia divis,
Nosse cupit, num jugis honor praefulgeat aris.

Ergo adeo cursum simul accelerare jubentur,
Flavaque conventu celebri petere arva Subasi,
Et sacra aethereae delubra invisere Divae.

Digitized by Google

LXXXIX.

Nè scioglie men frequenti o meno accese
A Lei sue preci ch' è del ciel reina,
Per lo cui merto così spesso scese
Sul nuovo stuolo la pietà divina;
E l' invoca benevola e cortese
Alla grand' opra a s' avverar vicina,
E dopo la gran diva implora amici
Tutti d' Empiro i comprensor felici.

XC.

Ma il Patriarca (mentre già fortuna
Benignamente arride al gran concetto)
Vede di congregar l' ora opportuna
Ogni guerrier ch' al suo Vessillo è stretto.
Pria d' ogni altro però vuol di ciascuna
Schiera che il duce venga al suo cospetto;
Vuol consiglio dar loro, e vuol divise
Le cure che l' Eterno a lor commise.

XCI.

Desia quindi esplorar, come la nuova
Legge e i novelli riti abbian serbati,
E se eguale fra lor zelo si trova
Per l' alto Nume e i spiriti beati.
Quindi ei comanda che ciascun si mova
Rapido del Subasio ai gioghi amati,
E presso al tempio della vergin Madre
In gran concilio uniscansi le squadre.

Nuntia fama volat, primum vulgata per urbes
Finitimas; (nec dehinc mora) tollitur alta per auras,
Nubilaque atra secans, cursum rapit excita, et oras
Externas invisit ovans, longeque repostos
Sese agit in populos, vigil, immunisque quietis;
Donec sublimi, celerique impulsa volatu,
Limina cuncta manu gentis contingat egenae;
Atque improviso mandata, urgentia cursum
Concilium ad magnum, valvis affigat apertis.

Tum vero una adeo cunctos idem ardor eundi
Urget: amant omnes quamprimum linquere sedes,
Quisque suam: haud animos labor, haud perplexa viarum
Territat ambages: heroa audire loquentem
Tam magis exardent, quam lux magis aurea gliscit
Usque viri, nomenque ingens crebrescit ubique.

Nec mora, jam e cunctis egressae partibus ibant
Centuriae, flavique petebant arva Subasi.
Non tamen effusas passim, ac sine lege ruentes
Ire datum; sed quaeque suum, de more, caterva
Ductorem insequitur, certoque iter ordine tendit.

XCII.

Nunzia la Fama volane dapprima
Per le città vicine, indi il suo volo
Così dell' etra per le vie sublima,
Che n' ode il rombo ogni più stranio suolo.
L' ode dal freddo all' affocato clima
Ciascun ch' è sacro al poveretto stuolo,
Ed ode il grato ed inatteso segno
Di recarsi bentosto al gran convegno.

XCIII.

Tutte allor quelle innumere caterve
Fremon d' abbandonar l' albergo antico,
Cui rischio o stento a raffrenar non serve,
Nè d' ignoto sentier lunghezza o intrico.
In tutti i petti un' egual brama ferve
D' udir la voce dell' Eroe mendico,
Di cui si narran sì gran cose, e tanto
Di sua virtù suona famoso il vanto.

XCIV.

Intolleranti dell' indugio or mille
Centurie, tutte d' ugual zelo calde,
Sbucan da boschi, da città, da ville,
E del fulv' Asio tendono a le falde.
Solo il caso però non riunille,
Nè si sbrancan per via: compatte e salde
Vanno le squadre sotto il proprio duce,
Che in ordin le distingue e le conduce.

At tu, magne pater (tibi primum haec agmina nosse,
Signa, duces, structasque datum lustrare cohortes:
Nobis jam facti seriem longa occulit aetas)
Pande modo, quam quisque ducum, quibus egit ab oris
Tunc aciem: flava dic deinde e rupe Subasus
Arduus adspexit tentoria quanta per agros,
Tam multas, tam diversas coiisse sub uno
Nomine demirans gentes: dic denique pubis
Tam spernacis opum, et jam tum simul omnium egenae
Agmina quod numen coelo respexit ab alto:
Quis deus auxilio victus advenerit illis,
Gramineosque toros, positasque sub arbore mensas
Struxerit, extemploque epulis onerarit abunde.

Prima, Lavernigenae passim quae Tybridis oras
Foecundas abjuncta locis, quaeque arva Subasi
Flava colit, quam sulphurea Nar albidus unda
Alluit, et niveo Clitumnus gurgite creber
Perfundit, generosa cohors, duce lecta sub uno,
Ingreditur. Non hac e toto pulchrior ulla
Succedit numero: nulla hac violentius atras
Eumenidas premit, et regnis insultat avernis
Acrius. Omnis eam legio miratur euntem,

XCV.

Ma tu, gran Padre, cui fu dato in pria
Quei duci e i lor manipoli vedere,
Deh! tu soccorri a la memoria mia,
Se obbliato ha l'etade e duci e schiere;
E dimmi quante allor su la natia
Tua terra s'innalzàr tende e bandiere,
E quante genti ad un sol nome avvinte
Dalla stessa cagion vi furo spinte.

XCVI.

E tutti dimmi i giovani gagliardi
Sotto il vessil di povertà ridutti,
E come fia che il ciel benigno guardi,
E li soccorra largamente or tutti.
Dimmi come nè improvidi, nè tardi
Furo i letti di stuoje a lor costrutti, (4)
E come delle piante all'ombre dense
Trovâr di cibi cariche le mense.

XCVII.

Venía primiero il generoso stuolo
Ch'alle foci del Tebro abita, e v'era
Ognun cui l'Asio alberga o chiude il suolo
Bagnato dal Clitunno e dalla Nera.
Tanti prodi reggeva un duce solo,
Ed erano i miglior dell'oste intera,
Chè con più di vigor, con più d'ardire
Solevano d'inferno insultar l'ire.

Attonitisque inhians animis, hanc suspicit unam.
Ipsa caput populis, sceptroque insignis eburno,
Incessu regina gravi, sacra arva pererrat,
Mente polos, atque astra tenens, animoque furentes
Proculcans hostes, stygiae fera monstra paludis.

Post hanc, Picenis e collibus exsilit ardens,
Signa improviso attollens, pulchrisque sub armis
Effulgens ductor; totum cui protinus agmen
A tergo subit, et longo micat ordine pubes:
Gens quippe haud virtutis egens, haud indiga laudis;
Nil armorum expers; molli haud assueta quieti;
Non ignara mali. Qualis sub nocte minores
Astrorum currus inter micat aurea Phoebe,
Jam luce adversa fraternae lampados icta:
Namque, ut flavicomo vicinior alta Subaso
Castra tenet, magnumque patrem vel prima vocantem
Audivit, captaque ducis stipe, fortibus ausis,
Addixit sese castris, patrique vocanti;
Viribus invictis ita clara, animisque superba,
Nequicquam trepidans, nequicquam bella perhorrens,
Ardua signa fovet, laetisque onerare triumphis
Festinat: tantos versat sub pectore honores!

XCVIII.

Mentre passava il vivido drappello
Volgeasi ognun per rimirarlo addietro,
Ed ei rettor del popolo novello
Sovra tutti stringea l'eburneo scetro.
Scorreva i sacri campi, ed a vedello
Parea tener di re contegno e metro;
Avea la mente al cielo, e guerre crude
Ai mostri fea dell'infernal palude.

XCIX.

Giù dai colli Piceni indi scendea
Col suo stendardo valoroso il duce,
Ed al suo tergo in ordine movea
Soggetto stuol che per virtù riluce.
Avvezzo a disprezzar la sorte rea,
Molle quiete nol tarda e nol seduce;
Sembrava il primo un sol, questo la luna
Che fa scorno a le stelle in notte bruna.

C.

Questo come mirò le prime tende,
E del gran Patriarca udì la voce,
Con quell'ardor che l'anima gli accende
Al suo campo novel corse veloce;
E abbracciò 'l suo Vessillo e nelle orrende
Guerre pugnò con impeto feroce
Anelando soltanto a la vittoria;
Tale s'agita in lui desio di gloria!

Hinc et Tarpei supremo in culmine saxi,
Assuetus lustrare suos, et cogere coetus,
Et mulcere rudes, et fortibus addere saeva
Jura animis, cano praefulgens vertice ductor,
Procedit: tota non hoc maturior aevo
It turba, et Pylios cui jam non aspera soles
Fata negent, dignus: cui mox bonus incola sacri
Soractis, comites nequicquam adjungit inertes.
Addunt se laeti celso de colle Falisci:
Et qui Vestinos rastris, et vomere curvo
Exercent colles, Marrucinique coloni
Accedunt, canique ducis sub nomine fulgent.
Adsunt qui gelidos urna, potuque Velinos
Exagitant fontes, et Rosea vomeris unco
Arva insectantur. Mittunt Anienа magistro
Flumina longaevo lectissima corda virorum:
Mittit opes Anxus niveum, crebrosque colonos
Delegat Pontina palus, delegat et Ufens.
Insuper herbosis Marsorum e montibus acres
Adsunt tyrones, tetricaque e plebe Sabella:
Durum utrumque genus; quibus et pastorius omnem
Mos cultum, victumque dabat: sed providus illis

CI.

Dalla rupe Tarpea poscia venía
Un duce venerabile e canuto,
Che spirar lena ai lassi cor solía,
E a' più forti di lode offrir tributo:
Degno, che il ciel benevolo gli dia
La lunga età che Nestore ha vissuto!
Ei conduce del Lazio e del Soratte
Le falangi belligere e compatte.

CII.

Giù dai gioghi Falisci altri drappelli
Discesi or or moveangli da vicino,
E frettolosi lo seguivan quelli
Cui Chieti annida e il suolo Marrucino;
E que' pur che di Rea sui campi belli
Stanziano, o in riva al gelido Velino,
E quanti sull' Aniene han fido albergo,
Animi eletti, gli venian da tergo.

CIII.

L' ampio stuol di color, ch' erano usciti
Testè di Terracina, il seguitava,
Lasciando la palude e i bassi liti
Che il sinuoso Aufente irriga e lava.
Alfin dai Marzî monti e dai Sanniti
Doppio drappel di subito calava;
Dura genia, che all' uso pastorale
Menava vita ruvida e frugale.

Digitized by Google

Demulcensque animos dictis, et pectora lambens
Signifer ore pio, saevos mansuescere sensus
Edocuit, legesque pati, monitusque coegit.
Centum aliae, ex aliis vicis, insignibus altis
Romulidae sese ducis addixere catervae.

Nec mora, continuo, longo structa ordine latos
Linquit Japygiae campos, signa alta ferente
Sub duce, laeta manus: patriam huic unam, aut (genus unum
Nec mores, nec lingua sonant; quamquam omni- (bus idem
Cultus, idem studium, et cura raptantur eadem.
Namque hos dux Solymi deduxit moenibus illo;
Plebs Canusina dedit; gelidis dehinc Fucinus undis
Mille alios misit, corda indefessa labore.
Tum variae gentes (magnus quas vertice ab alto,
Per latos sparsas Garganus prospicit agros:
Garganus Duce sidereo, temploque superbus
Augusto, ingenti, atque argento divite, et auro;
Fumoso horrifici cui fornice mille sub antri
Igne calent arae vigili, redolentque Sabaeas,
Et Cilicum messes, sertisque virentibus halant)
Agmina dant passim: mituntque ex ordine coetus,

CIV.

E pur bastò per ammollir que' petti
E per mutar quell' anime sì crude,
Che del pio conduttor gli esempi e i detti
La sopita destasse in lor virtude;
Sì, che seguir poi docili e soggetti
Lui che ad essi del ciel la via dischiude.
E alfin cent' altre schiere altronde sorte
Fean del duce latin l' oste più forte.

CV.

Dal suol Iapigio poi novello stuolo
Col suo duce a venir non era tardo:
Diversa han patria, nè un linguaggio solo,
Ma comune han gli affetti, e lo stendardo;
Chè altri uscian di Solonio, ed altri il suolo
Di Canusio lasciaro, e il più gagliardo
Nerbo di quella schiera era formato
Dai coloni del Fucino gelato.

CVI.

Moveano dopo lor gli abitatori
Degli ampi colli che il Gargan prospetta;
Monte, che al duce degli alati Cori
Ricco ed alto delubro ha sulla vetta;
Ove di freschi e d' odorosi fiori
È l' aura imbalsamata e benedetta,
Ed ove mille lampe ardono e mille
Bruciansi ognor fragranti arabe stille.

Quos Salentini, quos educat ipse Neaetus,
Quos Sybaris, Samiae quos moenia docta Crotonis,
Quosque Arpi, atque Hydrus, Lacedaemoniumque
(Tarentum.
Accedunt acies, mittunt quas rite coactas
Olim Romano spumantes sanguine Cannae:
Tum, quae Sebethi ripas, cineresque vetustos
Sirenis liquere, adsunt; atque agmine denso
Signa ducis stipant hilares: quibus ordine Locri
Naricii dant se comites: tum denique jungit
Littore ab extremo postremum Rhegion agmen.

Cesserat Hesperia, Siculumque evaserat aequor
Fama Subasaei conventus nuntia: jamque
Sicaniae tota ora fremit: moxque indica pubes
Fervet amore viae, studioque ardescit eundi.
Tum bonus exsurgens dux, atque insigni toallens,
Laeta manu, ciet ingenti clamore phalanges.

Digitized by Google

CVII.

Poscia in ordin veniano e lungo e spesso
Color che i Salentini avean spedito;
E quei che Neto educa, e serra anch' esso
Sibari, e di Crotone il fertil lito.
Poi quanti Arpi mandava ed Idro appresso,
E quanti ancor n' ha Taranto nudrito;
E quei che Canne n' inviava alfine,
Famosa tomba all' Aquile latine.

CVIII.

Le rive del Sebeto abbandonando
E la Partenopea tomba vetusta,
Nuova coorte sotto venerando
Duce venía, di belle palme onusta.
Per via s' assuggettava al suo comando
Più rara squadra, ma non men robusta
Di quei di Locro, e poi di quelli ancora
Ch' all' estremo Reggian lido han dimora.

CIX.

Già tutta Esperia e già le sicul' onde
Del gran Concilio il grido avea percorso,
Sicchè fremea su le Trinacrie sponde
Gagliardo stuolo a la novella accorso:
Ed invocando a sè l' aure seconde
Anelava di sciorre i remi al corso,
Finchè il suo duce la bandiera piglia
E chiama a sè la povera famiglia.

Nec mora, festinant: coetus simul undique lecti,
Quisque suam, linquunt sedes. Zanclea vocanti
Ductori mox prima acies, non segnibus ausis,
Haeret: eam arctoi linquens angusta Pelori
Littora, subsequitur: tum quae saxa alta Pachyni
Incolit imbriferi, subit: hinc Lilybaeia sese
Agglomerat pubes, isdemque insignibus haeret.
Caetera confuso varias gens ordine sedes
Linquit: adest Erycis cultor: properantque catervae,
Quas Agragas praecelsus alit; quae mitis Elori
Stagna bibunt: et quae circum Symethon aquantur:
Quaeque Arethusaeos permiscent ore liquores:
Et Cyanes haustu lacrymas, urnaque frequentant,
Adsunt, quas Drepani littus, quasque alta Panormi,
Sive antris tectas, seu lucis, moenia pascunt.
Jamque instructa omnis legio undas classe premebat,
Naufraga qua ponti rabies, visque effera, littus
Hinc Italum angusto, Siculum illinc proluit aestu.

CX.

Si ragunò senza indugiar: s' intese
Dir tosto ognuno al proprio albergo addio:
E ardente di valor la Messinese
Schiera la prima fu ch' ivi s' unío;
Poscia dal boreal Peloro scese
Nuovo drappel come l' invito udío:
Ed altri ancor Pachin che s' inghirlanda
D' eterne nubi, e Lilibeo ne manda.

CXI.

Indi in fretta lasciàr la propria sede
Genti altre varie, e non saprei dir quante;
Chè là rivolge anziosamente il piede
Dall' Erice una squadra, e d' Agragante;
Dalle rive d' Aliso altra procede,
Ed altra la Simeta or spinge innante;
E un' altra e un' altra ancor viene, che s' usa
In Ciane dissetarsi e in Aretusa.

CXII.

Nè mancavan color che intorno al lido
Di Palermo e di Trapani vivíeno,
Sia che alberghin fra i boschi, o sia che nido
Abbian di mura cittadine in seno.
Va già solcando l' elemento infido
Fra il siciliano e l' italo terreno
Carca di tutti lor l' audace nave,
Che del rinchiuso mar l' ira non pave.

Jam vasto epotos revomentem gurgite fluctus,
Zancleam e summa spectabat puppe Charybdin;
Plenaque circuitu flectebat carbasa laevum
In latus, aequoreis canibus resonantia Scyllae
Sub rupe adversa devitans ora biformis:
Tum vero optatos velis a puppe sequentes
Dat Zephiros: rapit acta levi placida aequora cursu,
Et laeta Euboico potitur mox littore classis.
Emicat in siccum, primoque in margine pubes
Constitit omnis: eam monitis, victuque refectam
Dux bonus accingique viae, longoque labori
Hortatur: parent omnes hortatibus: at lux
Nona Subasaeis parentes sistit in agris.

Interea, parte ex alia, percurrit Hetruscos
Fama agros, scandit montes, caeca antra recludit,
Invisit lucos, nemorumque silentia rumpit.
Tum vero effulgens pulchris dux pulcher in armis,
Attollit signa, et coetus vocat undique egenos.
Haud mora, continuo primi, quos sufficit Arnus;
Arnus florentem pulchro qui dividit urbem
Amne, secatque agros, cursu formosus amoeno;
Assistunt ultro: sequitur dehinc, moenia linquens

CXIII.

Dall' alto della poppa ecco han già scorta
L' empia Cariddi e le sue fauci ree,
Ch' inghiotte, e gorgogliando al ciel riporta
Quando sazia ne sia, l' onda che bee.
Ma poi la nave di novello accorta
Periglio a manca ripiegar si dèe,
Onde fuggir dalla biforme ed atra
Scilla, che freme orrendamente e latra.

CXIV.

Sospinta alfin da un zeffiro quïeto
Voga e alle spiagge Eubioche perviene;
E l' esercito intiero allor più lieto
Ne scende e brilla su le asciutte arene.
E già il lor duce provvido e discreto
D' avvisi e cibi a consolarli viene;
Indi per via l' incuora, e al nono giorno
Lo reca presso l' Asio a far soggiorno.

CXV.

La fama intanto non correva indarno
Le valli etrusche e i monti e le foreste.
Quì pur le sante insegne al ciel spiegarno
Mille povere schiere al romor deste.
Spedì le prime la Città che l' Arno
In duo divide e di bei fior riveste,
L' Arno che poi la fertile campagna
Col pacifico flutto innaffia e bagna.

Aretina, acies: tum quae Clusina frequentat
Arva (errore latent non extricabilis urnae
Qua cineres, Porsenna, tui) subit agmine laeto:
Huic sese comites addunt qui littoris oram
Piscosam, Thrasimene, tui, tenuesque phaselos,
Retiaque, et remos, udo cum foenore linquunt:
Insuper Alpheae Tyrrhena insignia Pisae
Nequicquam exosae, Tusca de gente petitis,
Adscitisque sibi castra indiga coetibus angent.
Ergo ibat tum ductor ovans; jamque arva Subasi
Laeta tenens, acies Divae sistebat ad aras.

Hic improviso dux imperterritus oris
Adstat ab Adriacis, longoque agit ordine gentes
Tergeminas. Ipse in medio, praestantibus ausis,
Vertitur, ore canens, dextraque arma indiga tollit;
Tam magis effulgens, et claro laetus honore,
Quam magis innumerae coelo se gloria gentis
Attollit. Primos huic, quam tu flumine, mitis

CXVI.

Dopo queste venivano i drappelli
Ch' Arezzo nudre, e quei che Chiusi accoglie,
Dove fra mezzo ai discoverti avelli
Stan confuse, o Porsenna, ancor tue spoglie.
E poco appresso li seguivan quelli
Cui bella brama al Trasimeno toglie,
E li toglie alle barche ed alle reti
Fra cui soglion menare i giorni lieti.

CXVII.

Alfin solleva il povero Vessillo
Pisa, che nel Tirren flutto si specchia,
E sì da lungi fa sentir lo squillo
Della tromba che giunge ad ogni orecchia.
Surse Toscana tutta allor che udillo,
Ed a partir già il duce s' apparecchia;
Già l' oste s' incammina, e salutare
Già può il Subasio e di Maria l' altare.

CXVIII.

Poi sorge acceso di superno foco
A un tratto il duce dell' adriache sponde.
Triplice schiera allor da vario loco
A quell' invito destasi e risponde;
Ed ei loro favella, e a poco a poco
Lena e coraggio entro quell' alme infonde;
Di già brandisce il povero orifiamma,
E in mezzo a tanto stuol d' onor s' infiamma.

Rhene, secas parvo, Phoebea Bononia coetus
Subjicit: hos sequitur quae linquit Ariminon, et quae
Scindit arenosi Rubiconis littora pubes.
Tum, quae coenosae liquerunt arva Ravennae,
Accedunt, hilaresque ducem comitantur euntem
Rite manus: mox centum aliae; quas deinde, per
(oras
Littoreas, passim obscuro sub nomine pagi,
Et clarae legere urbes, populique potentes.
Hae simul unanimes heroem ad sidera tollunt
Voce Subasaeum, laetaeque una illius omnes
Facta canunt: ut siderei jam diruta Regis
Instauret castra; ut magni regalia tecta
Praesulis attollat; sacram ut suffulciat aedem.
Ceu, dum Maeandri, seu per vada nota Caystri,
Jam pastu saturi, jam tum raptoris obuncum
Nil formidantes rostrum, laeto agmine cygni
Dant nivei cantus; stagna alta, amnisque canoris
Respondent modulis, et florida prata resultant.

CXIX.

Eran primi color che il picciol Reno,
Felsina dotta, nel tuo sen disseta;
Ed altri pur da Rimino venièno,
U' volge il Rubicon l' onda sua queta;
Lasciavan gli altri l' arido terreno
Su cui s' erge Ravenna augusta e lieta;
E poi seguivan mille prodi e mille
Figli d' alte città, d' oscure ville.

CXX.

Unanimi costor tributo danno
Al serafico Eroe di plausi e lodi,
Dicendo, come del crudel Satanno
Egli abbia vinte le nascose frodi;
Come del re del ciel, scorto l' inganno,
I disgregati eserciti rannodi,
E come alfin col gran Pastor di Roma
Del Lateran divida egli la soma.

CXXI.

Così candidi cigni omai satolli
Senza artiglio temer crudo e sinistro,
O in seno al bel Meandro o lungo i molli
Lidi erbosi del limpido Caistro,
Alzan lieti gorgheggi, e a' prati ai colli
Sì fa di gioja quel cantar ministro,
E par che il vento stesso e par che l' onda
In sua favella all' armonia risponda.

Continuo his, nec more adeo, nec sanguine distans,
Immiscet coetus sese: huic genus Eridanus rex;
Eridanus pater Hesperidum, ac generator aquarum;
Flumine qui centum pagos, centum alluit urbes;
Ingentique hominum centenis usibus alveo
Nec vectare rates, campis nec fundere rivos
Desinit, avulsasque trabes devolvere; donec
Fluctibus Adriacis pronum caput altius abdat,
Et septemgeminis proscindat cornibus aequor.
Ergo hic ductori circum sua flumina gentes
Advocat in coetus: celeri mox undique cursu
Laetae acies properant. Athesin prima agmina lin-
(quunt:
Adveniunt: et tu (melior nunc, aspera quondam
Damna ferens, spectare tuas dum sanguine ripas
Romano juvat undantes; et laeta triumphis
Gentis Agenoreae coelo se gloria tollit
Das coetum, o Trebia, insignem fulgentibus armis.
Tu quoque, dives avis, lauroque apprima virenti
Fulgida, Idumaeisque insignis Mantua palmis,
Ultro ades, agmen agens pulchrae pulcherrima gen-
(tis:
Et, qui te placido cursu, vitreisque fluentis
Alluit, et stagno pariter circumdat inerti,
Laetus ab auricomo Benaci littore, coetus
Expertos rerum comites tibi Mincius addit.

CXXII.

A costor si mesceano in quel momento
Altri ch' un sangue ed un costume unisce.
Spediva i primi il Po che a cento e cento
Campi, borghi e città l' onda largisce;
Il Po d' industria promotor non lento,
Che sostien barche e travi, e in sette strisce
Corre all' Adriaca Teti, ed ivi poi
Con lei confonde e insala i flutti suoi.

CXXIII.

Presso all' urna onde sgorga esso fè appello
A varie squadre ch' accorreau festive:
Primo venìa dall' Adige un drappello,
Lasciava un altro del Ticin le rive;
E un altro ancor per fulgid' armi bello
Spedivi, o Trebbia, tu che fuggitive
Vedesti un giorno l' aquile latine,
E Annibale d' allôr cignersi il crine.

CXXIV.

E tu, Mantova, pur chiara per avi
Alti e famosi, e per mietute palme
Al poveretto esercito mandavi
Vago e superbo stuol d' impavid' alme.
Poscia il Mincio, che vedi in bassi e gravi
Stagni mutar l' onde tranquille e calme,
Fin dal lago di Garda indi t' invia
I suoi figli ch' unir co' tuoi desia.

Abduaque hinc, Lambrique tibi piscosa catervas
Littora delegant crebras: struit Ollius inde,
Transmittitque acies: nec te vicina Cremonae
Moenia deficiunt: ingentisque accola Lari
Creber adest: cunctae tibi enim tibi, Mantua, sese
Hae comites jungunt acies, unaque volentes,
Tollunt Adriaci tecum pia signa magistri.

Tertius ecce virum, duce mox, signisque sub isdem,
Impiger exsurgens Venetis globus instat ab oris.
Huic se prima manus, cineres, antiquaque magni
Busta Phrygis linquens (assuetaque pinguia circum
Littora Medoaci laetas suspendere glebas
Vomere, et aeratis sudibus, de more, juvencum
Terga fatigare, et duro fodere hispida ferro)
Admiscet: tum, quae non segnis Iapidis oram,
Et vada praecipitis linquit saxosa Timavi,
Plebs subit; et comiti mox sese interserit ultro.
Adsunt quos Aponus fervens excalfacit aestu
Sulphureo: calidis hi tabida corpora lymphis
Mersare assueti, morbos, et cuspidis ictus
Mulcebant olim saevos, atque arte levabant:
At nunc Phillyrides melior docet; altius illos
Numen agit; laetos opera ad majora relegat.

CXXV.

L' Adda e il Lambro i suoi desta, e dai pescosi
Lidi a venire nel tuo sen gli sprona;
Ti manda l' Oglio stuol di valorosi,
Ti manda il suo la prossima Cremona;
E poi di Como il lago e i suoi riposi
Nuova schiera d' intrepidi abbandona;
E tutti a te sola una brama adduce
Sotto il Vessillo dell' adriaco duce.

CXXVI.

Colà spediva alfin Vinegia augusta
Di poveri guerrieri eletta mano:
Eran primi color che la vetusta
Tomba lasciato avean del gran Trajano,
Volonterosa gioventù robusta,
Che della Brenta là sul fertil piano
Solea tori aggiogare e il duro seno
Squarciar col ferro del natio terreno.

CXXVII.

D' Istria venivan gli altri, e dalle foci
Sassose del precipite Timavo;
Gli altri d' Apono abbandonâr veloci
Le calde terme e il campo umido e cavo.
Fu ciascun d' essi e piaghe e morbi atroci
A sanar con quell' onde esperto e bravo;
Lasciata or l' arte di Chiron, l' accese
Un miglior Nume a più sublimi imprese.

Hos super, Euganeos linquens denso agmine saltus,
Lanigerosque greges spernens, hirtasque capellas,
Spernens, et mulctras dulci cum lacte capaces,
Advenit coetus; sylvestria pectora curis
Jampridem exutus patriis, jam sponte caducas
Dedignatus opes. Ergo hi jam corpora duro
Exercent cultu; perque acres ire labores,
Ignotisque malis paulatim assuescere cogunt.
Pulvere nuda premunt duro vestigia: lanis
Quaesita externis, rigidoque asperrima textu
Tegmina habent membris: succingunt veste fluentes
Nodosa endromidas: capiti tutamen ab armis,
In morem, pendet rigidum; quod saepe reductum
Frouti hyemem, nimbos, et solis temperat aestus.

Tot proceres dederant; tot lectos ordine coetus
Itala regna, patris Francisci signa ferentes:
Cum procul apparet subito gens extera, lingua
Tam diversa sonans, Latio quam sanguine distans.

Digitized by Google

CXXVIII.

Scendea dopo costor ratta e confusa
Giù dagli Euganei colli ampia falange;
Che in ozio pastorale a viver usa
Or s' allontana dall' ovil, nè piange.
Già quei selvaggi cor, donde fu esclusa
Ogni cura d' amore, e non li tange
D' oro desio; lo stento e la fatica
Aman di vita misera e mendica.

CXXIX.

Lor non incresce colle piante ignude
Di vestigi segnar la dura terra;
Di mal conteste lane ispido e rude
Sajo le membra lor ravvolge e serra;
Indi una fune intorno a lor le crude
Pieghe del sajo co' suoi nodi afferra;
Lor pende a retro irto cappuccio, e suole
Esser loro di schermo all' acqua e al sole.

CXXX.

Tanti duci formíano e tanti eletti
Drappelli sol l' italiche contrade',
Che tutti il Patriarca avea ristretti
Sotto il santo Vessil di povertade.
Quand' ecco mossa dai medesmi affetti
Strania falange il nostro suolo invade,
E l' origine sua ben si distingue
Ai vari aspetti e a le diverse lingue.

Ergo iter emensus longum, durosque labores,
Alpinisque jugis adeo post terga relictis,
Dux festinus adest, ingens quem Gallia mittit:
Gallia post Latias urbes quae proxima subdit
Colla jugo, monitisque sacris, et ad ardua cogit
Signa Subasaei patris, non parca, cohortes.
Ipse autem prior, et claris virtutibus ardens
Laetus init; laeto sese fert ore priorem:
Ostentatque animos; et vivida corda suorum
Accendit comitum; dictisque hortatus amicis:
Ite (ait) hac nostris monitis tenus acta juventus;
Ite: viae labor expletus: jam jamque potiri
Francisco dabitur: jam fas erit ore propinquum
Compellare virum, pariterque audire loquentem.
Ut vos divini conspectus, et alta magistri
Colloquia, ut patris monita intemerata juvabunt!
Ut pulchrum nostra nomen de gente petitum
Jam jam dulce sonas! Latio ut jam sanguine gaudes
Ornari! Mox tempus erit, cum Caspia regna,

CXXXI.

Dopo lungo cammin, fra mille stenti
Postergatesi alfin l'alpi nevose,
Giunge dell'Asio ai vasti accampamenti
Il duce a cui d'andar la Gallia impose,
La Gallia ch'oltre a le latine genti
Niuna a Francesco più di lei rispose.
Costui frattanto di valor fiammante
Primo fra tutti a tutti or corre innante.

CXXXII.

Fuor dal volto mostrando il suo coraggio
Di bella fiamma i suoi compagni accende;
Quindi con essi a favellar quel Saggio
Così talor quasi ispirato imprende.
— Andiamo, o prodi, andiam; lungo viaggio,
Fatica inenarrabile ci attende,
Ma poi vedrem Francesco, e alfin concesso
Ci fia d'udirlo ragionar dappresso.

CXXXIII.

Ed oh! fissando in quel divino aspetto
E udendo la santissima favella,
N'avrete al cor più che mortal diletto,
E l'aspra vita vi parrà più bella!
O nome venerato e benedetto
Con cui l'Eroe serafico s'appella,
Nome che tratto dalla nostra gente
Su latin labbro or più gentil si sente!

Quaeque ad hyperboreum penitus compulsa Booten,
Gens riget assiduis nivibus, canisque pruinis,
Te simul audierint: te, qua niger auster arenas
Exsiccat bibulas; quaque occidit Hesperus, et qua
Exit ab Oceani formosus lucifer undis;
Ingentes populi numerosa per oppida norint.

Haec ductor: peditum ductorem crebra sequuntur
Agmina, densanturque manus, atque ordine pompis
Solemni incedunt structis; sacra limina donec
Reginae ingressae divum, vota anxia solvant.
Prima acies, una ante alias, Parnassida quae mox
Massiliam linquens, dulcisque feracia bacchi
Jugera, ductori se pridem adjunxerat ultro,
Ingreditur, comitumque pio ciet agmina cantu.
Tum sequitur plebs laeta, Araris quae littora mitis
Curva tenet: quaeque ingentes vaga permeat oras,
Qua foecunda pater Rhodanus secat incitus arva;
Et qua Tyrreni turbat vada salsa bicorni
Fronte maris. Sed praecipue micat aurea pubes,
Glandiferos saltus, umbrisque nigerrima densis
Quae nemora observat; gemmis ubi dives, et auro
Urna tuos cineres, virgo Bethana, recondit:

Digitized by Google

CXXXIV.

Verrà tempo, che fino alle remote
Ircane terre andrà su d'ogni bocca,
E dove sotto il frigido Boote
Eterno è il gel, la neve eterna fiocca;
S'udrà ripeter nelle spiagge ignote
Dove più retti il sol suoi dardi scocca:
E dove Espero sorge, e dove in mare
Torna le trecce fulgide a lavare. —

CXXXV.

Quì tacque il duce; e già lo segue un denso
Stuol che all'arc dappria corse devoto,
Perchè al viaggio il ciel gli sia propenso,
E a Maria possa alfin disciorre il voto.
Venìa primier di vivo zelo accenso
Lo squadron di Marsiglia, albergo noto
Di Minerva e di Bacco; e agli altri unito
Facea sonar di sacri carmi il lito.

CXXXVI.

Seguian color, che la declive sponda
Lieti avean della Senna abbandonato,
E l'ampio suol che il Rodano feconda,
Fin che va per due letti al mar sdegnato;
Ma la schiera più forte e più gioconda
Scendea dal colle d'alte querce ombrato,
Dove, o Virago di Betania, accoglie
Prezioso avel le tue terrene spoglie. (5)

Virgo, quae superum Regemque, Hominemque,
(Deumque
Saepe una hospitio recipis, lautosque paratu
Regali struis una toros; manibusque recentes
Hospitis una tui das lymphas, pocula misces;
Sola penum tu rite paras; tu sola penates
Messe adoles Arabum; tantoque in munere segnem
Increpitas, querulaque infestas voce sororem.
Quis te, magna Dei cultrix, atque hospitis hospes
Siderei, quis facta piis tua laudibus aequet?
Nam te squamigeri nequicquam, virgo, draconis
Terruit os immane, ingens; frustra efferus altis
Attollens cristis ardentia colla, veneno
Te petiit saevo: quin tu imperterrita contra,
Jam super ossa hominis semesaque viscera fusum,
Mox aggressa, manu mulcens in vincla petisti.
Tu juvenem rapidis elisum fluminis undis,
Non ope phoebea, non vi, non graminis usu,
Sed prece mortali, divum immortalia flectens
Corda potens, Stygio revocas, atque eximis Orco,
Et rursum aetherei vesci das luminis aura.

Digitized by Google

CXXXVII.

Donna immortal! che al Redentor divino
Nel tuo splendido tetto ospizio dèsti,
E già di fresco umore e cristallino
Conforto e refrigerio a lui porgesti.
Tu gl' imbandisti il desco e pellegrino
Tesor per lui d' arabe gomme ardesti,
La tua Suora garrendo, all' opra pia
Soverchiamente tiepida e restia.

CXXXVIII.

E chi di lode rimertar potrebbe
Te adoratrice ed ospite d' un Nume?
Forza di farti vacillar non ebbe
Reo drago ch' effondea fuoco e bitume.
Invan del tosco che a Cocito ei bebbe
Rigonfia il collo e te macchiar presume,
Chè già l' afferri, e sugli avvanzi osceni
Delle vittime sue tu l' incateni.

CXXXIX.

Giovanetto che rapida fiumana
Avea tratto con sè tra l' onde infide,
Non per arte di Febo, o per arcana
Virtù d' erba di nuovo il dì rivide.
Tu co' tuoi voti la pietà sovrana
Per lui stanchi e benigna a te sorride:
Morte allora lasciò la spenta salma,
E in lei la vita ritornò coll' alma.

Tu Gallum regem immanem, dominumque superbum,
Hospitis, alma, tui quondam venerabile numen
Ore incestantem, deridentemque profano,
Aggrederis dictis audax; linguaque magistra
Dejicis, exturbasque, fugasque e corde furorem:
Jamque animi victum, jam tu meliore sonantem
Ore pio, immersum sacri tu fluminis unda
Attollis; puroque aurae jam simplicis igne
Fulgentem, aethereis tu provida sedibus infers.
Salve, diva, poli decus, et cynosura profundi:
Adsis o, placidoque invisas numine terras.

Interea gentis seriem, numerumque sequamur,
Aequemusque tuos cantu, bona Gallia: cives,
Laeta Subasaeis quos ultro insignibus addis.

Accola deinde tuae, formose Druentia, coetus
Succedit ripae, ripae felicis; amores
Tyrrhenum, de more, suos quae saepe canentem,
Mulcentemque lyra nemora alta, et moenia vatem
Audiit, arrisitque, assultavitque canenti.

CXL.

Gallico prence, che crudele e dura
Stendea la man su i popoli suggetti,
Avvelenati di blasfemia impura
Solea pur contro a Dio lanciar suoi detti.
Tu allor vinto il rossore e la paura,
L' invercondo col tuo dir saetti,
E sì lo scuoti, ch' ei sentì nel core
A poco a poco spegnersi il furore.

CXLI.

E cangiati in pietosi i detti rei,
Per te l' onda lustrale implora e chiede;
L' empie il supremo Spirto, e tu gli sei
Alfin di scorta alla beata sede.
Salve, o Diva! fra gli astri in ciel più bei
Il fulgido astro tuo brillar si vede,
Oh salve dunque, e a questo basso esiglio
Sovente per pietà rivolgi il ciglio!

CXLII.

Seguiamo intanto a numerar le squadre
Che riscossa la Gallia al primo invito,
Spedìa dell' Asio all' adorato Padre
Sotto il santo Vessillo e riverito.
Altro stuol dalle amabili e leggiadre
Rive della Durenza era partito;
Su cui sovente il Tosco trovatore
La romanza suonar facea d' amore.

Hunc sequitur delecta cohors, quae cesserat agris
Ultro Santonicis; et quae limosa Garumnae
Alluvio pridem rastris inverterat arva.
Instant Bellovaci post has: dehinc Lingones acres,
Jam tum animis mites, naturalique furore
Iam corda exuti: tum, quos, per saxa fragosum
Praecipitans cursum, rapidis Liger excitat undis.
Hos super accedunt, seu clara per oppida vulgo,
Sive per obscuros assuetae ducere pagos
Esseda, mille manus; omnes quas Sequena praeceps
Delegit, Latioque patri transmisit ovantes.

Tanta haec obtutu celsa de rupe Subasus
Agmina devexo spectarat: et ecce subortus
Alter ab Hesperio gentis globus emicat orbe.
Miratur legio omnis hians, stupet ipse Subasus
Externa de gente ducem, peditumque sequentum
Instructas, in morem, acies longo ordine, quas tu
Ultro ad Romanos transmittis, Iberia, campos;
Franciscique volens castris addicis egenis:

CXLIII.

Da la Roccella inoltre eletta e vasta
Schiera movea d' intrepidi garzoni,
Altra da la Garonna a cui non basta
Il letto, e insulta in un messi e coloni.
Il suol Piccardo con Lion contrasta
I migliori a spedir de' suoi campioni:
Alme dapprima bellicose e crude,
Cui pietà di far miti ebbe virtude.

CXLIV.

Appresso lor venía nuova coorte,
Che non meno di zel fra gli altri splende,
Donde per balze discoscese e torte
Brontolando la Loïra discende.
Quindi l' oste per via si fa più forte,
Ch' anco la Senna il suo tributo rende;
E si veggon lasciar cittadi e ville
Movendo al campo mille schiere e mille.

CXLV.

Maravigliando si vedea d' intorno
L' alto Subasio tante genti e tante,
Quand' ecco dall' iberico soggiorno
Nuova immensa legion gli vien davante.
Splendea su tutti il duce, e in bello e adorno
Ordin seguia l' esercito prestante
Spagna! de' figli tuoi, che al primo squillo
Or porti sotto il povero Vessillo.

Jam melior, divumque piis jam nutibus acta;
Jam tristis, quod in arma ruis, quodque impia,
(ferro
Velatos olea, et nivae felicia quondam
Ultro oratores pacis tibi dona ferentes
Excipis; innocuosque obtruncas, nescia quantum
Molirere nefas, quanti rea criminis esses.
At vero, quos tu crudelis vulnere saevo
Heroas vita spolias, Rex altus Olympi,
Casibus exemptos diris, interserit astris.

Ergo ibat ductor; quem mox prima agminis ala
Passibus aequabat, rutilos turbare meatus
Quondam assueta Tagi, et flavas subvolvere arenas:
Tam magis exardens, simul et virtute nitescens,
Quam minus effulgens patrii jam fluminis auro.
Huic vero insignis flava Tritonide Bethys,
Continuo socias, praeclara e gente petitas,
Addiderat bonus ipse manus, corda inscia fraudum,
Et durata malis, assuetaque parcere mensis.
Nec minus, ingentes foecundans maximus agros,
Junxerant et comites certatim, haud parcus, Iberus:
Et qui Pyrenen tenet altam, accesserat: et qui
Herculeam Calpen, Tartessiaque arva frequentat.

Talis init; tantis cuneis stipatus ab orbe
Ductor Atlantaeo, tali ciet ordine pompas.

CXLVI.

Ma gli antichi delitti or tu detesti
E lacrimi gli eccessi, onde l'audace
Sacrilega tua spada un dì volgesti
Contro color che ti recavan pace.
Tutto il tuo fallo allor non comprendesti,
Fosti il lor sangue di versar capace,
Ma quei che il tuo furor di vita tolse
Pietoso il Nume nel suo seu raccolse.

CXLVII.

Marciava a par del duce il primo stuolo
L'arene avvezzo a calpestar del Tago;
Ma più dell'oro del paterno suolo
Or lui rara virtù rende più vago.
Poi spedì mille prodi il Beti solo
Che i campi annaffia ed il cultor fa pago:
Strenua coorte di fervore accensa
Ai rischi avvezza e a poveretta mensa.

CXLVIII.

E con essa compagno anche ne viene
Drappel dai campi che feconda l'Ebro,
Ed altro pur la gelida Pirene
Del par ne manda numeroso e crebro.
E Calpe alfine e Cadice sovviene
De' prodi suoi l'oste che vanne al Tebro:
Così l'Ispano duce e le sue schiere
Innanzi procedean pompose e altere.

Interea occiduo sol aureus igne rubescit,
Fumiferasque urget devexae Tethyos undas.
Astrigerum toto sensim nox humida coelo
Attollit caput, et terras obnubit inertes;
Componitque hominum cura, motusque ferarum.
Tum proceres cogunt fessas, curantque phalanges,
Quisque suam; seraeque jubent dare membra quieti.
Fit strepitus primum lenis: suus occupat artus
Mox sopor extructos, et juncea tecta silescunt.

Digitized by Google

CXLIX.

Frattanto il Sole co' cadenti rai
L' umido sen di Teti imporporava;
La notte ricopria la terra omai,
E alle belve, a' mortal ristoro dava.
Tosto color che han già sofferto assai
Cedono al sonno che su lor s' aggrava;
E dopo brieve placido bisbiglio
Tace ogni lingua, e chiudesi ogni ciglio.

Digitized by Google

ANNOTAZIONI

AL CANTO DECIMO

(1) *Palermo* chiamavasi per antonomasia *Statio* dai Latini, sicchè il testo e la traduzione vanno di conserva a designare questa Città, come stazione e porto famoso di navi.

(2) In pochi versi il poeta profuse *auratam*, *aureus*, *aurato* e *auricomos*. Nota il Francolini, che la è questa una figura che sa di affettazione e di puerilità. Noi cercammo di correggere il testo, e forse i nostri Lettori ce ne sapranno grado.

(3) Con bello anacronismo il Mauro quì e nel seguente Canto fa menzione del famoso Capitolo, detto *delle Stuore*: tutto questo però non si può riferire che all'anno 1223.

(4) Che tuttavia quì si parli del Capitolo delle *Stuore*, lo accennano, se non altro i versi segg. del Poeta:

Gramineosque toros, positaeque sub arbore mensas
Struxerit

E nel fine

. . . . . *suus occupat artus*
Mox sopor extructos, et juncea tecta silescunt.

(5) Santa Maria Maddalena.

Digitized by Google

CANTO UNDECIMO

Digitized by Google

FRANCISCIADOS

LIBER UNDECIMUS

Ut pompae ingentis seriem, procerumque senatum,
Magnanimosque duces, totiusque ordine gentis
Agmina lustravit Franciscus; ut ire per oras
Longinquas Italum decus audiit; utque sonorem
Nominis ipse sui late volitare per orbem,
Externasque inter sua jam tum effulgere signa
Accepit gentes; stetit, obtutuque reducto,
Ora solo defixa tenens, immobilis haesit.

Digitized by Google

IL S. FRANCESCO

CANTO UNDECIMO

ARGOMENTO

In mezzo a la serafica famiglia
Francesco del suo dir la vena apria;
Indi etade e lassezza a lui consiglia
Cedere il fren dell' Ordine ad Elia.
Per voler dell' Eterno (o meraviglia!)
Trova cibo ed asil la turba pia:
Fa la Vergine alfine a lui comando
Che all' Alverna ritorni, e al fido Orando.

I.

Come Francesco tanta pompa vide
Di magnanimi duci e di guerrieri,
Come il suo nome udì volar d' Alcide
Ai segni, e in liti barbari e stranieri;
Come l' insegne a lui giurate e fide
Scôrse spiegarsi in ambo gli emisferi;
I rai per lo stupor ripiega e atterra,
E al cor gloria e umiltà gli fanno guerra.

Digitized by Google

At postquam excussus stupor horridus, ac simul acer
Attonitae excitus mentis vigor, ilicet una
Et moles rerum tantarum, atque exitus anceps
Fortunae, incubuere animo: tum fluctuat aestu
Curarum ingenti, nunc huc, nunc incitus illuc.
Mox vero (haud etenim, queat unde exposcere egenis
Auxilium rebus, quicquam mortale repertum est)
Suspicit aethereos ignes; et mente beatas
Perlustrat sedes: tum compellare deorum
Quem prius ore queat, quem dehinc in vota vocare,
Multa animo versat; simul et cunctatur in omnes.

Ergo alte in castris dum rite siletur, et omnem
Somnus habet turbam, mediumque agit aurea Phoebe
Per coelum niveos currus noctisque minores
Diffugiunt, totoque ignes caput aethere condunt;
Protinus, in morem, templo bonus adstitit heros,
Affususque aris, dedit imo has pectore voces.

II.

Ma quel tocco di subita sorpresa
Mancò rapidamente e dileguosse,
E la sua mente attonita ed offesa
Cesse al vigor nativo e si riscosse;
E già scorrendo ogni futura impresa
Sentì quanto da lui richiesto fosse:
Pur dubbio alquanto e timido si resta
Di tante cure in mezzo a la tempesta.

III.

E poichè sol potea sperar dal cielo
Alle grandi opre sue grazia e consiglio,
Al ciel volge i sospir del petto anelo,
Supplice aderge al ciel le palme e il ciglio.
Ma pur fra i slanci del suo vivo zelo
Non sa chi pria nel suo vicin periglio
Degli spirti beati invocar deggia;
E fra mille pensier tuttora ondeggia.

IV.

Mentre intanto il silenzio alto regnava
E nel sonno era immerso il campo intero,
Il suo carro d'argento in ciel guidava
L'astro che è sì diletto al passeggero,
E ogni altra stella già si scolorava
E davasi a fuggir nel suo sentiero:
Quando al tempio Francesco il piè rivolse,
E innanzi all'ora queste voci sciolse.

Digitized by Google

Magne hominum, divumque Opifex, cui lucidus aether
Servit ovans, paret tellus; cui marmoris undae
Fluctisonae sese sternunt; cui Tartarus horrens,
Et chaos, atque umbrae, umbrarumque inamabile
(regnum,
Cum duce, cum solio, cum gente a sedibus imis
Attremit infanda; cui mille, per atria coeli,
Aligera de plebe micant, diversaque servant
Castra, locis diversae acies, atque aurea circum
Ter solia, et medium te cingunt ordine trino:
Adspice foeturam nostrae, laeta adspice gentis
Incrementa Pater: placidus, vultuque sereno
Adsis o, faustoque veni pede: numine dextro,
Auxilioque juves nos, arilua coepta moventes.
Quales bissenas acies, Pater optime, quondam
Bissenum accipimus natas e sanguine fratrum;
Dum Pelusiaci laetas prope flumiuis undas
Adstant, moerentes opera ad servilia, regis
Et jussa immanis, devincti, saeva facessunt:

Digitized by Google

V.

— Sommo Fattor, cui serve obbediente
Il fulgid' aere e la feconda terra;
Che se favelli, l' aquilon fremente
Di recar cessa al mare insulto e guerra;
Che fai tremar la maladetta gente
Cui l' infernal baràtro aduna e serra,
E l' orribil caosse, e l' inaccesso
Bujo, e Plutone sul suo trono istesso;

VI.

Tu m' odi, almo Signor! tu ch' infinite
Angeliche falangi irradi e muovi,
E dopo averle in nove ordin partite
Circondato da lor sempre ti trovi;
Guarda la prole mia benigno e mite
E per te si multiplichi e rinnovi;
Scendi invocato, e con secondi auspíci
Le nostre imprese compi e benedici.

VII.

N' aiti il tuo favor, Padre, siccome
Già sostenne fra casi empi e rubelli
Le dodici tribù, che sangue e nome
Trassero già dai dodici fratelli.
Tu l' incorasti allor, ch' oppresse e dome
E le man carche di servili anelli
Esalavan sul Nilo il lungo affanno,
Seguendo i cenni di crudel tiranno.

VIII.

E come poi colla tua possa il reo
Giogo scotesti da la testa loro,
Finchè varcato l'arido Eritreo,
In securtà da te recate fôro;
Come alfin tua bontate a lor poteo
Pel deserto di cibi offrir ristoro;
Così soccorri tu la mia legione,
Che a sostener tue guerre or si dispone.

IX.

Anzi, o gran Genitor, mirala errante
Per terre estrane e d'ogni cosa or priva,
Ma se il mutolo gregge ognor natante
Nell'ampio mar fai che si nutra e viva;
Se tante d'animai famiglie e tante
Per l'etra pasci e per ciascuna riva;
Tu ne provvedi, e queste preci ed are
Che a te sacriamo, deh! ti giungan care.

X.

Propizio m'odi e se di questa immensa
Turba mendica in te cura risiede,
Tu la fornisci di modesta mensa,
Chè dapi delicate a te non chiede:
Dispensa, almo Signore, a lei dispensa,
Quanto oggi basta sol, non quanto eccede! —
Tale all'altar tenendosi di costa
Pregava, e uscirne udia questa risposta:

Macte animo, macte eximiae virtutis amore,
Parce metu; mitte ardentem de pectore curam
O nimium dilecte deis. Non hi tibi coetus
Aere tuo, Francisce, merent: tu signifer illis,
Rege jubente alio, cui mox alere agmina curae,
Cuique auctoratas acies parere necesse est.

Haec vox: dehinc nitida coeli de parte sereni,
Continuo Pater omnipotens ter fulgure claro
Intonuit laevum; ac praetentam exscindere nubem
Igneus en, ardensque globus radiante corona,
Visus, terque aras flammis ambire coruscis
Diriguit visu, mentemque exterritus heros
Coelesti fulgore, manus devolvit in ambas
Extemplo vultum, dejectaque lumina condit.
Dum vero attonitus visa haec pater obstupet inter,
Castra per alta, suum in morem, jam strata relin-
(quens,
Omnis ad assuetas pubes sese excitat ultro
Excubias. Sed non eadem cura omnibus instat:
Non idem exercet labor. Hi (quae maxima turba est)
Juncea tecta fovent soli, divosque precantur;
Libaque dant magno divum intemerata Parenti:
Scilicet haud fibras pecudum, non thuris honores,
Non prosecta focis adolent; sed candida puro
Corda animo, veniam gemitu, votisque rogantes.

XI.

« O tu che il core hai di virtù sì caldo,
Ogni temenza, ogni pensier deponi:
T' ama il cielo d' amore invitto e saldo,
Nè questi, il credi pur, son tuoi campioni.
Tu sol l' alfier ne sei, solo l' araldo,
Chè un più possente Re v' ha sue ragioni;
Servi a lui son questi guerrieri, e a lui
Sol di pascer s' aspetta i guerrier sui. »

XII.

Vanì la voce, ed al sinistro lato
Ov' era il ciel più puro, il tuono udisse,
Ed un globo di fiamme irradïato
Presso all' altar tre giri circoscrisse.
Rimase a quel fulgore inaspettato
L' eroe smarrito quasi men venisse;
Trasalì, vacillò sovra i ginocchi,
E delle man si fè visiera agli occhi.

XIII.

Mentre che il Patriarca al gran portento
Attonito intendea, tutti i suoi figli
Pel silenzioso e vasto accampamento
Solleciti lasciaro i lor giacigli.
Tosto è ciascuno a varie cure intento:
Sotto i tetti di canne e di vincigli
Offrono altri gemendo al Nume il core,
Di vittime profane ostia migliore.

Hi coeunt simul ad cantus, de more, parati
Alternos hinc inde chori; Regisque deorum
Egregias dicunt laudes, divinaque facta
Voce ferunt: ut crudelis post funera mortis,
Tartarei valida confregerit ostia Ditis
Alta manu; utque elisum in vincla petiverit ipsum,
Ore eructantem flammam, atque immane frementem;
Utque auras spoliis Orci remearit onustas
Ad superas; patrium tandem ut sublimis Olympum,
Nubivagum molitus iter, volucrique citatus
Ascensu intravit; tonitruque ut deinde corusco;
Igne ruente polo, et magno quassante fragore,
Ipse suam pubem divina incenderit aura.

Sunt quibus et cordi est arcana volumina vatum
Sollicita versare manu; penitusque sub altis
Sacra animis monumenta virum mansura recondunt.
Qualis agit media vis acres nocte molossos,
Dum pavidas sopor altus oves, ovium que magistros
Stravit, et obscuris nox imbribus aspera caulae
Formidare monet furem, incursusque luporum:
Talis sollicitas, insopitasque cohortes
Cura urget, longaque premens sub nocte fatigat.

XIV.

Altri poi ragunati in doppio coro
Osannano al Signore alternamente,
Ed in tuono patetico e sonoro
Le glorie enarran dell' eterna Mente.
Dicon come Gesù col suo martoro
Le porte infranse all' Erebo dolente,
E come Dite istesso incatenava,
Ch' emettea dalla bocca e foco e bava.

XV.

E cantan come colle ovime spoglie
Del trionfato inferno alfin reddia;
E giungea dell' Olimpo in su le soglie
Passando delle nubi oltre la via;
E come il folgor pronto a le sue voglie
Fra nembo di faville indi spedia,
Perchè de' suoi discepoli diletti
Quell' alito divin scotesse i petti.

XVI.

Poi studian altri sui volumi arcani
E a' prischi esempli ispirano i lor cori:
E qual di notte stan vegliando i cani
L' agnelle addormentate ed i pastori,
Mentre i lupi e i ladron poco lontani
Fa temer la bufera e i densi orrori;
Sì fra l' ombre notturne in più maniere
Occupando si van l' insonni schiere.

Interea croceos bijuges Aurora citabat,
Purpureumque caput vastis tollebat ab undis
Oceani; primumque novis fulgoribus altos
Paulatim accendens montes, de more, quietos
Rumpebat volucrum, pecudumque, hominumque so-
(pores;
E motum, et duros referebat certa labores.

Et jam sacra dies claro fulgebat Olympo;
Scilicet aethereo quae cantat ab axe ruentem,
Igne sonante, Deum, cumulatque altaria donis,
Annua solemnes recolens ex ordine pompas.
Tum vero insonuit totis vox incita castris,
Ad commissa vocans laetam comitia pubem.
Excitae confestim acies, longo agmine, circum
Cunctae ad gramineum tendunt; niger ilice densa,
Et sacer antiquae cui relligionis honore
Aestum adeo lucus ramis frondentibus arcet:
Quas inter medius dux ipse Subasius ibat.

XVII.

Alfin l' aurora erge la faccia bella
E sprona i suoi corsier fuori dell' onde;
E a quella pompa di fulgor novella
S' indoran gli alti monti e l' altre sponde.
Tutta or natura destasi e rabbella:
Cantan l' augei fra l' agitate fronde,
Bela nel chiuso il gregge, e fa ritorno
Ogn' uomo all' opre ed ai pensier del giorno.

XVIII.

E quel giorno era sacro al Paracleto
Che di fiamme fra un turbine discese,
E per memoria dell' evento lieto
Gli s' alzan lodi per ciascun paese;
Gli s' ornan l' are, ed oltre il consueto
Vengon per lui votive faci accese.
Il grido allor dattorno si dirama,
Che tante schiere al gran Comizio chiama.

XIX.

Tutti con gioja udirono il comando,
E tutti s' adunâr su prato erboso,
Ove nel mezzo antico e venerando
Arbore ergeva al cielo il crin frondoso;
E intorno il sacro rezzo iva mandando
Un bosco atto al mistero ed al riposo;
E quì si soffermaro, ed al lor padre
In faccia s' attelâr tutte le squadre.

Postquam, consessu structo, se caetera pubes
Composuit, densisque manus micnere sedentes
Ordinibus, suggestum, operi de more paratum
Quod certo pridem stabat, pater impiger altum
Franciscus scandens superat; turbam eminus omnem
Unde oculis legere adversam, atque agnoscere pos-
(sit:
Moxque infit: consessus, eo dicente, silescit.

O proceres, gens sacra Deo, caligine caeca
Qui jam discissa rerum, excussisque tenebris
Errorum adspicitis verum; jamque aethera tantum
Intrepidi, obnixique adeo perflatis anhelo
Pectore: quique animos fatis dubiaeque malignis
Casibus exempti fortunae, mentis ab arce
Tranquillae excelsa fraudes ridetis inanes;
Vanaque despicitis subter baccantia vulgo
Castra voluptatis: qui gaudia caeca, metusque
Calcatis trepidos, et falsas abnuitis spes:
Divino en hodie (nec vos latet) annua ritu,
Expleto redit orbe dies; qua Rector Olympi,
Idem opifex rerum, divumque Repertor, ab alta
Sede poli labente Deo, tonitruque corusco
Scintillante, olim penitus labefacta virorum
Bissenum rutilis incendit pectora flammis;

XX.

Poichè di sè splendida mostra féro,
Ciascuna il loco debito si prende;
Allor Francesco umilemente altero
Il preparato a lui pergamo ascende,
E de' suoi figli sul consesso intero
Indi lo sguardo indagator protende;
Schiude le labbia alfine, e i sacri accenti
Accolser tutti docili e silenti.

XXI.

— O Prodi, sacri al ciel, che il denso velo
Alzaste già de le tenébre umane,
Al ver mirate, ed anelando al cielo
Lasciate al mondo le sue pompe insane.
Voi, contro cui non può di sorte il telo,
E vi ridete di sue frodi strane;
Voi, che le grazie perfide a scaltrite
Vinceste omai di Voluttà — m' udite.

XXII.

Voi dunque sopra cui nulla più vale
Speme, timor, gioja insensata e rea,
Membrate, che lo Spirito immortale
Quaggiù fra lampi e tuoni oggi scendea;
Ei che tutto creò, che poi coll' ale
Fecondava il creato e il disponea,
Ch' agli apostoli già di strani ardori
Fe' divampare i palpitanti cori.

Ignarasque situ mentes, animosque vetusto
Exuit, excoluitque manu; ac bonus arte magistra
Erudiens, magno simul inflammavit amore.
Nunc ergo (neque enim reor huc sine numine divum
Agmina diversis tanta haec e partibus orbis
Convenisse hodie) nequicquam mollibus orsis
Vos equidem aggrediar, levibusque exordia dictis
Instituam nostri sermonis: at ordine vobis
Expediam, quis amor, quae tanti causa vocatus
Me tenuit; cur tanta pati; cur aspera cogam
Vos spatia ire viae, patriosque relinquere fines.
Praeterea monita nostros, mandataque, vobis
Quae dedimus, vos hic audire, iterumque doceri
Fas monet; edicit ratio; sacra tempora suadent:
Quo dehinc fixa animis, penitusque reposta sub imi.
Non vis ulla instans, non caeca oblivia mentis
Sedibus evaleant quondam exturbare quietis.

Ergo agite, o socii (neque enim hoc ex agmine quem-
(quam
Fas torpere animis, tantove in munere segnem,
In sanctas cessare preces, aut parcere votis)
Hunc mecum celebrate diem: instauremus honores
Coelicolis meritos: linguaque, animoque faventes,
Aethereo primum poscamus ab axe ruentem,
Igne sonante, Deum, et flagrantem numinis auram.

Digitized by Google

XXIII.

Ei quell' anime rudi e quelle ignare
Menti spogliò della viltà natia,
E l' erudì, le fè limpide e chiare
Per mezzo dell' amor ch' appura e india.
E poichè solo il ciel poteva or fare
Che quì venuto tanto popol sia,
M' udite: non farò, come si suole
Inizio al dir con futili parole.

XXIV.

Ma tosto narrerò, come mi mise
Amore in foco, e lo perchè consigli
Io sacrificî d' assai strane guise
E l' abbandono della patria ai figli.
Giovi se tanto il cielo oggi permise,
Che a ridir la mia regola ripigli;
Sicchè sculta nei petti, in voi già stanchi
Per età, per violenza unqua non manchi.

XXV.

Su via, compagni miei, poichè non lece
A nessuno di noi poltrir quì intorno,
Ergiamo a Dio più fervorosa prece,
E celebriam questo festivo giorno.
A lui che regger sa tutto che fece
Onór si renda in questo umíl soggiorno,
E si preghi che quì lo Spiro mandi,
Ei che puote i pusilli anche far grandi. —

Sic fatus, palmas supplex mox tollit utrasque:
Et jam surgentis radiantem lampada solis
Suspiciens (eadem toto simul ore fremente
Agmine) dulcisonis modulis prior incipit orans.

Aura, pios invise animos, ades, alma creatrix;
Et nos, et tibi sacra, tuoque efficta labore
Corda subi, donisque tui pia numinis exple.
Quippe hominum tu sola graves solare labores,
Dona ferens divina; Patris simul ipsa supremi
Donum ingens, augustum, altum, regale, beatum.
Tu liquidis ardens amor ignibus: agmine tu fons
Juge, fluentisono, manans flagrantibus undis:
Tu praepingue animis, quo rite nitescimus, unguen:
Tu septemgeminis decoras nos prodiga donis:
Divinae tu vis, tu vasta potentia dextrae:
Tu delapsa polo, penitusque infusa per ora
Muta virum, insuetis quamprimum vocibus imples.

Digitized by Google

XXVI.

Allor siccome a prendere riposo,
Le palme aderse al ciel senza far verbo,
E del nascente sol nel luminoso
Disco degli occhi tutto volse il nerbo:
Pur quello stuol fremente e desïoso
Si scosse a lo spettacolo superbo,
E il Patriarca in suono di preghiera
Alzò quest' inno a la superna sfera.

XXVII.

— Vieni aura creatrice; e gl' intelletti
Nostri dal cielo a visitar discendi,
E di siderea fiamma i nostri petti
Che son pur tua fattura empi ed accendi.
Largiscine i tuoi doni alti e perfetti,
Con cui men duro questo esiglio rendi,
Anzi danne te stessa, augusto e pio
Dono immortal de la bontà di Dio.

XXVIII.

Tu amor, tu carità, tu sei fontana
Perenne di calor, germe di vita,
Tu l' unguento che medica e risana
Ogni labe dell' alma, ogni ferita.
Settiforme nei don tu sei sovrana
Potenza delle Mente alta infinita,
Tu di strane loquele autore e fabbro
Degli Apostoli ha sciolto il muto labbro.

Ergo et sidereа da luce effulgere sensus,
Effoetasque fove mentes simul igne corusco:
Tu requiem praebe fessis, aegrisque salutem
Corporibus, validumque attritis suffice robur:
Hoste procul pulso, placidae tu candida pacis
Adsis dona ferens: tu dux, exire malorum
Da nos incursus: da, praemonstrante magistra
Te sola, aequaeva magnum cum Prole Parentem
Noscere: te medium, simul amborumque ligamen
Da colere indomitum: tandemque infusa per omnes
Ignea lux sensus, coeli da prendere sedes.

His ubi divinus Franciscus concitat auram
Vocibus aetheream, rursumque intenta senatus
Agmina totius se composuere, silendi
(Haud mora) praeceptum auditur: tum laetus ab alto,
Ore iterum insonuit pater, atque ita voce sequutus.

XXIX.

Deh! ti giovi far belli e risplendenti
I nostri sensi di sidereo lume,
Tu rinfiamma d'amor le nostre menti,
Sicchè battano al ciel dritte le piume.
Sui nostri corpi debili e cadenti
Riversa tu de' tuoi carismi il fiume,
Sicchè per merto della tua virtute
Rifiorisca su lor nuova salute.

XXX.

Tu spunta del nemico il fiero artiglio,
E fa rider su noi l'iri di pace;
Dove tu sei di scorta e di consiglio
Ognuno è il male d'evitar capace;
Per te noi conosciamo il Padre e il Figlio,
E te d'entrambi vincolo tenace;
Se tu ne assisti, o Spiro avvivatore,
Godremo alfin quel dì che mai non more. —

XXXI.

Il pio Francesco appena ebbe fornito
L'inno al divino Anelito diretto,
Che la vasta assemblea dal proprio sito
Si mosse, e a sermonar prese diletto.
Tosto però ciascun venne avvertito
Che di tacer gli si facea precetto;
Allor di nuovo il Patriarca affisse
Su lor le luci, e seguitando disse.

XXXII.

— So bene, o figli miei, che in breve spazio
I miei nuovi precetti e i nuovi riti,
Fur noti a tutte le città del Lazio
E dell' Esperia oltrepassaro i liti.
So che barbare genti, e ne ringrazio
Il ciel, già l' hanno anziosamente uditi,
E che dell' Asio ai poveri stendardi
Corsero anche fra lor molti gagliardi.

XXXIII.

Già sotto l' ali del latino nome
Guerreggian molte genti a me giurate;
Ecco quindi il motivo, ed ecco il come
Bramai vederle or quì tutte adunate.
Bramai con voi parlar, bramai le some
Con voi, duci, partir delle onorate
Fatiche mie, sicchè ciascuno intenda
Quant' io voglia da lui, quanto pretenda.

XXXIV.

Ardua è la cosa che agitar si debbe,
Quindi di gran consiglio è quì mestieri.
Già più d' una legion si stese e crebbe
E alzò sue tende in ambo gli emisferi;
E già di Roma il gran Pastor, che s' ebbe
Ogn' opra bella in cima a' suoi pensieri,
Colla sua destra la difese, intanto
Ch' all' ombra l' accoglica del sacro manto.

Sunt itidem leges sanctae, ritusque verendi,
Quos alii posuere viri; tenerisque dederunt
Ductores sese fidos conventibus ultro,
Quaesitosque pii natos aluere magistri
Servitio, monitisque sacris, atque ore venusto
Lambentes placide, simul effinxere recentes.
Quae vero extemplo, brevibusque exaucta diebus,
Ut nostra haec, legio surrexerit, ulla profecto
Haud nobis spectanda venit: non coetibus ulla,
Ductor adhuc nullus sacer alta insignia tollens
Ocyus hac expleta sacris, respublica constat,
Tam subito explevit cuneis nova castra vocatis.
Quare, agite (haud animos res tanta exposcit inertes)
Nunc vos in curas acres, partemque laborum
Accipiam, sinite, o proceres: date corda volentes
Communi versanda, atque exercenda labore.
Privata ne vos adeo sub pace quietos
Esse juvet: vocat utilitas en publica: ne vos
Dissimulate animis, neve exhorrescite munus.

Digitized by Google

XXXV.

Per l' ampio suol vi si faran palesi
Altre leggi, altri riti onesti e santi,
Cui di celeste ardore uomini accesi
Dettaro un giorno ai lor seguaci erranti;
E l' adunâr da innumeri paesi,
E la via di virtù battendo innanti,
Coi vezzi dell' enfatica parola
Se ne formâr la lor diletta scola.

XXXVI.

Ma non vedrete, no, crescerne alcuna
Come la poveretta mia famiglia,
Che quì gigante innanzi a me s' aduna,
Fattasi tale a un battere di ciglia.
A niuna arrise il cielo e la fortuna
Sì, che del mondo fosse meraviglia,
Niun duce ancor sotto le sue bandiere
Vide in men tempo confluir più schiere.

XXXVII.

Or dunque a parte d' ogni mio sudore
Vi voglio, o duci; or di prontezza è duopo.
Quindi eguale fra noi sarà l' onore,
Come d' ogni fatica egual lo scopo.
Non vi giovi menar nell' ozio l' ore;
Il vostro al bene universal sia dopo;
E al peso istesso, in sul medesmo calle
Meco vi piaccia di curvar le spalle.

Adspicitis nostro, longe lateque per orbem,
Quae gens, quam magni lustretur nomine coetus;
Ductorumque manus quam crebra, Subasia tollens
Signa, novis jam tum stipet densa agmina castris.
Vos autem, dederim quae jussa ab origine vobis,
Et memores estis, reor, et meminisse necesse est.
Namque unum esse ducem, summum plebs cuncta
(ministrum
Quem dicat docilisque animo veneretur, ametque,
Jussimus. Huic fas omne olim imperiique futurum
Nascentis regimen, totiusque ordine gentis
Tradidimus: rursum plena trieteride, functo
Rite gubernaclo cedendum edximus illi:
Perpetuoque alios, aliosque inde ordine, tantae
Molis obire vices, et mox succedere pulso.
Hac vero me summa tenus custodia coetus,
Et labor exhausit, noctesque diesque fatigans.
Jam tum adeo effoetae vires, fessique labore
(Quamquam animus viget ipse, suoque in robore
(perstat)
Deficiunt, crebrisque cadunt languoribus artus:
Hinc me posse graves ultra tolerare labores,
Credite ne, moneo; ne vos spes ducat inanis.

XXXVIII.

Volgete intanto per la terra il guardo
E vedete fiorir la mia congrega,
Vedete più d'un capitan gagliardo
Che al ciel dell'Asio lo stendardo spiega;
E come a quell'insolito stendardo
Novello stuolo tutto dì si lega,
Sicchè rammemorar vi piaccia omai
Le norme che dapprima io vi dettai.

XXXIX.

Ingiunsi allor, che un duce sol corregga
Noi tutti ed abbia di Ministro il nome,
E ingiunsi pur che venerato ei segga,
Sì che il perchè non gli si chieda o il come.
Ei de' miei figli all'utile provegga,
Poi di tre anni alfin lasci le some;
Mentre vogl'io che in ordine infinito
Succedan altri al carco riverito.

XL.

Fu tale del mio povero Convento,
Ognor fu tale in me l'amor, la cura;
Oggi però, sebbene il cor mi sento
Giovane ancor nè sa cambiar natura,
Pur vacillan mie membra e quasi spento
E il vigor che le regge e le figura:
Quindi, non v'illudete, è a me conteso
Omai di più portar l'enorme peso.

Quin potius numero ex omni, tantisque necesse est
Exsurgat vestrum quamprimum e coetibus unus;
Qui rerum subeat molem, et cervice subacta,
Fasce sub hoc sudet, et numia compleat ardens;
Atque gubernaclo custos datus haereat alto.

Interea sed enim vestrum se fugere multos
Angnror exortesque onorum, immuesque laborum,
Ac prorsum indignos tanto se ducere honore:
Consilia haec, animosque probo, votisque benignus
Parco verecundis. At si modo publica passim
Res deserta gemat, nec jam communia curet
Quisquam, ubi fas, aequumque? ubi jura veren-
(da? ubi leges?
Tandem ubi, quo premitur rerum levis impetus, et quo
Coelestes animi divumque, hominumque tenentur
Concordes, aeternus amor? Quippe ire necesse est
Cuncta simul pessum, civilibus incita bellis.
Quare, agite, o nostra haec animis advertite dicta
Pacatis: et jam quisquam contrarius obstet
Judicis ne, quaeso, meis. Stat protinus unum
Deligere e numero, et tota secernere gente
(Nec reor invito tantum mens Numine votum
Versat) Iollian: legio hunc simul audiat omnis:
Hunc pariter summum patrem veneraminor unum,

XLI.

Sorga uno adunque dall' intiero ceto
Che il collo pieghi al grave fascio, e sia
Infaticabil, provvido, discreto,
Primier pilota della nave mia.
Talun però modesto e mansueto
Quel colmo sdegnerà di gerarchia;
Pure approvo que' sensi, e sì non sono
Acerbo, ch' a negar gli abbia il perdono.

XLII.

Ma se la mia Repubblica diserta
Fosse e in non cale il commun util posto,
Vi sarà più giustizia, o norma certa?
Non fia al dovere il libito anteposto?
Ove l' amor che approssima e concerta
La terra e il ciel con vincolo nascosto?
Ahi! la guerra civil verrebbe a un tratto,
E andria perduto tutto quel ch' è fatto.

XLIII.

M' udite adunque attentamente e farse
Ribelle al mio talento alcun non osi.
Fra tante turbe che qui veggo sparse
Oggi sceglierví a capo Elia disposi.
Se degno del gran carco egli m' apparse,
Credo del ciel seguir gli ordini ascosi:
A lui siccome a padre ognun s' inchini,
Ei sol di tutti noi regga i destini.

Contra autem sacri sceptrum ditione superba
Polluat imperii, immanique tyrannide foedet;
Aut tumidus, tantique exultabundus honore
Muneris, elatum sese ferat ille, caveto:
Quippe ministerium tenui cum nomine magnum
Traditur huic hodie, non imperiosa potestas.

Hinc agedum, auxilio legio ne tanta supremi
Cassa ducis, posthac gemat, atque ignara pericli,
Et tutae male certa viae, palantibus erret
Gressibus, et vitam sine more, sine ordine vulgo
Mollis agat; tu dux, praeceptor, et arbiter esto
Solus, Iollia, totius provide gentis.
Te premere imperio tumidos, attollere dextra
Dejectos, humilesque decet; linguaque potenti
Et mulcere simul corda, atque effingere mentes
Ignaras, placidosque animis committere mores.
Nec te adeo victum tantarum exterreat ingens
Rerum onus; aut acres curae, durique labores
Dejiciant: andendum animis: nam vivida duris

XLIV.

Però non levi tumida la cresta
D' orgoglio che al comando ognor va dietro,
Nè calcar osi sulla vostra testa
Un troppo duro e rugginoso scetro;
Badate che l' onor ch' a lui si appresta
Non gli faccia cangiar costume e metro,
Chè quanto il nome è umíl, supremo invero
È il carco suo, ma non tiranno impero.

XLV.

Quindi, perchè la povera legione
Dietro la scorta del suo primo duce
Senza consiglio errar, senza ragione
Non deggia come l' uom privo di luce;
Perchè non turpi in lei colpa o stagione
L' aurea virtù per cui tanto riluce,
S' or l' arbitro e il maestro, Elia, tu sei,
Il calle da seguir dimostra a lei.

XLVI.

A te gli alteri raffrenar conviensi,
E sovvenire agli umili e dolenti;
E col possente dir più miti sensi
Destar nei petti e stenebrar le menti.
Dinnanzi a' tuoi travagli e lunghi e immensi
L' animo non vacilli e non paventi:
Quanto le cure tue saran più grevi
Tanto più di coraggio armar ti devi.

Usqueadeo virtus gaudet; seseque protervis
Casibus ultro offert, obnixa haud cedere retro.
Hinc victrix, hinc illa micans, semperque coronis
Vincta caput niveis, summi nusquam indiga honoris,
Nusquam laudis egens: olli sed gloria circum,
Et clara effulget decora, immanesque triumphi.
Praeterea nostrae (nec vobis lucis egentem,
Obscuramque hodie, proceres, rempandimus) urbis
Moenia jam pridem trinis innixa recumbunt
Principiis; equidem numero, reor, auspice jactis
Impare: quo tandem delapsus ab aethere credi
Hic labor, hic ritus, nostra haec vigilantia posset.
Jam vero adspicitis, quantis fundamina molis
Pulsibus hostis atrox quatiat; quibus ardua tundat
Moenia tormentis; qua dehinc struat arte ruinam.
Semifer una Orci monstrorum exercitus omnis,
Undique collectus, fremitu circumstrepit atro;
Exquiritque aditus nunc hos, nunc impetit illos;
Murorumque arces, atque alta cacumina molis,
Assurgensque, fremensque premit; nunc ima subur-
(geus
Limina, portarumque ingentia robora quassat.

Digitized by Google

XLVII.

Virtù calcando i triboli e le spine
È tetragono ai colpi di ventura;
Lotta, trionfa, e poi si cinge il crine
Di tal corona che perpetua dura.
Non cerca onori e pompe peregrine
Anzi alle pompe ed agli onor si fura;
Ma lei, malgrado suo, segue la gloria,
E il plauso di sua splendida vittoria.

XLVIII.

Udite inoltre, o fidi miei, nè cosa
Or vi ragiono inutile ed ignota;
Su fondamento triplice riposa
La città nostra stabilmente immota.
Da ciò trar lieti augurî il mio cor osa,
Chè mistero tal numero dinota,
E credo ben che a noi comandi il cielo
I nuovi riti, e le fatiche e il zelo.

XLIX.

Vedete poi quanti l'Inferno aduna
Assalti e guerre contro l'alta mole,
E quanti mostri da la rea lacuna
Escono i raggi a contemplar del sole.
Brulica e freme la tregenda bruna,
E gli aditi tentarne agogna e vuole:
Ora ai spaldi s'avventa, ed or con forte
Urto s'attenta d'atterrar le porte.

Ac veluti immanes, si qua stabula alta coacti
Invasere lupi, auditis balatibus, atros
Infringunt dentes, et saevo postibus ungues;
Mille obeunt morsus, produnt mille oris hiatus;
Crudescit rabies, faucesque irritat inanes:
Sic furibunda cohors, monstra infelicis Averni,
Sulphureis ardens facibus, manibusque cruentis,
Terribiles implexa angues, assultibus instans,
Moenibus his tales parat insidiosa ruinas.
Nos ergo excubiis, animisque, et fortibus ausis
Contra stare opus est, hostesque inhibere furentes,
Tutarique novum vallum, murosque recentes.
Praecipue vero multum explorare necesse est
Fundamenta urbis; vigilique expendere cura,
Qui constent, qua vi sedeant, quo robore subsint
Molibus impositis; utque illis haereat ingens
Machina; nunc praeceps sit formidanda ruina.

Praeterea regina potens, fidissimaque urbis
Paupertas sedeat qua majestate, tuendum est;
Atque olli nunc clarus honor, nunc gloria summi
Juncta comes sceptri, soliis affulgeat altis.
Quippe deae (o proceres, mihi credite) protinus uni
Si regere hos coetus, si rerum flectere habenas
Huic olim detur; nullos haec moenia circum

L.

E come i lupi del guardato ovile
Coll' ugne e i denti squassano i cancelli,
E sfogan poscia l' impotente bile
Coi morsi e gli urli spaventosi e felli;
Così destando va quell' orda vile
I serpi che le scusano i capelli,
E ruttando dal sen foco e bitume
L' alto edificio rovinar presume.

LI.

Dobbiam noi dunque di valor frementi
Venir con quei nemici in fiera giostra,
E far che vano il loro ardir diventi,
E ricacciarli a la tartarea chiostra.
Vegliam le mura, i valli e i fondamenti
Su cui si regge e sta la città nostra;
E scrutiam se tal base anco le basti,
O prossima rovina a lei sovrasti.

LII.

Badar si dee, che Povertà vi segga
Cinta d' almo splendor donna e reina,
Ed ivi ognor costei lo scettro regga,
E fia gloria al suo trono ognor vicina.
La bella Diva al nostro ben provegga,
O prodi ch' a gran cose il ciel destina;
E sacra ad essa l' ampia mia famiglia,
Essa sola temprar ne può la briglia.

Non frustra assultus quondam struet irritus hostis
Tartareus ; nullas non cassis nisibus urgens
Insidias tendet : cadet hac mox praeside cuncta
Hostilis rabies ; cedent bella horrida ; cedent
Bellorum fremitusque graves , trepidique pavores .
Nec temere id ; tantis animi dux inclyta pollet
Viribus ; isque ardor , virtus ea pectore regnat
Coelesti ; magnae tanta est prudentia divae .
Quis vero illius , digna quis laude triumphos
Egregios memoret , meritoque attollat honore ?
An non , ipsa sibi celsa quos arce locavit ,
Exuviae immanes , atque alta trophaea , penates
Ornant praeclaros ? an non insignibus alti
Effulgent postes ? raptaeque ex hoste coronae
Devicto innumerae pendent ? fastigiaque armis
Summa domus celsae mille insignita renident ?
Ipsa inter decorum radiantia lumina , ridens
Degeneres hominum curas , sese ardua coelo
Attollit , nitidosque astrorum intermicat ignes .

LIII.

Se questo avvenga, fuggirà Satanno
Vuote stringendo le terribil' ugne;
Le nostre mura incolumi saranno,
Impotente il furor, vane le pugne.
Dove la Dea s' accampa, insidia o danno
Di quel feroce assalitor non giugne:
Tace ogni guerra, e i fremiti e l' ambasce
Di cui la guerra ognor si nutre e pasce.

LIV.

Nè mento io già: tanto vigor ristretto
Quell' inclita guerriera in cor si tiene;
Di tal virtù piena ha la lingua e il petto
E tal prudenza nell' agir mantiene.
Ma de' trionfi suoi l' alto subbietto
Chi narrando potria toccar mai bene?
Chi ridire i trofei, chi l' ampie spoglie
Che nell' eccelsa sua dimora accoglie?

LV.

Non pendon dalle porte a mille a mille
Le insegne e i serti conquistati un giorno!
Dai fastigi non mandano faville
Barbariche armi folgorando intorno?
Essa piegando intanto le pupille
Su questo miserabile soggiorno,
Ride le nostre cure e al ciel rivolta
Brilla fra gli astri dell' eterea volta.

Imo, age, tolle acies geminas, atque adspice, pubes,
Nunc per nubivagos tractus diva excita quales
Exagitet currus; quam multos ardua secum
Sublimes vehat heroas. Primum ordine gentes
(Mitte hic Serranos, tacitosque, age, Musa, relinque
Fabricios; quos tu feralibus eximis urnis,
Subvectosque effers vivacibus ardua pennis)
Cerne simul junctas aeterno foedere pacis.
Praecipue vero ante omnes agnosce supremum
Heroa, insignem mentum, longaevaque multa
Tempora canicie niveum; comitumque sequentem
Undenum tum cerne aciem: hi, quos altus Olympi
Rex olim, mortalis adhuc, hominumque Magister,
Humida dum reparant subductis retia cymbis,
Evocat extemplo, atque undis abducit amatis,
Et prorsum ignaros divinas edocet artes;
Nec mora, diductos opera ad majora relegat.
Interea premere heroas mala coepit egestas:
Retia jamque animis subeunt, cymbaeque relictae;
Jam subeunt artes udae; fessosque laborum,
Jam piget incoeptae vitae, tentantque regressus.
Hic vero exurgit senior, coramque Magistro
Sidereo intrepidus constans, sic voce profatur.

LVI.

Lassù, lassù drizzate ambo gli sguardi,
O miei diletti, ai più sublimi giri;
E vedete la Dea quanti gagliardi
Dietro il suo carro trionfal si tiri.
E prima a quei beati or si riguardi
Che sazian nella pace i lor desiri;
Nè cal d' Attilio e di Fabbrizio: a questi
Già tu largisti, o Musa, onor celesti.

LVII.

Miriam piuttosto quell' Eroe supremo
Che di canizie adorno ha mento e tempie:
Gli altri undici seguirlo indi il vedremo
Su cui portento insolito s' adempie;
Chè dalle reti il Redentor, dal remo
Li toglie e d' alto zel gl' investe ed empie,
Indi i crassi intelletti appura e schiara,
E lor così l' arti divine appara.

LVIII.

Benchè ad opre maggiori ei gli spronasse
Non vuol che l' egestà per lor s' eviti,
Onde talora e barche e remi e nasse
Rimembrano piangendo, e l' onde e i liti;
E già quell' alme a tanto strazio lasse
Sarian forse tornate agli usi aviti,
Quando il primo fra lor sorge ed affisa
Il suo Maestro, e parla in questa guisa:

O bone Rex, quicquid fortunae, quicquid aviti
Juris erat nobis, ultro contempsimus olim.
Quin et desertae deserto in littore cymbae,
Retiaque, et remi, magnae, Rex optime, nostrae
Sortis opes, modo cuncta jacent: teque omnium
(egenum
Nos inopes sequimur, tua jussa facessimus. Ergo
Dic quondam quae digna manet nos praemia? nostros
Qua mercede levas, qua spe solare labores?

O felix vestra haec (Rex excipit) o bona rerum,
O frugi jactura! hominum gens aegra beatas
Qua sedes parat, et summum mercatur Olympum.

Haec tantum effatus, plausu strepit ilicet omnis
Cum sene turba virum, lucris gavisa repertis.
Hos ergo primos, alios dehinc mille sequentes
Evehit excelsos sublimibus aurea bigis
Paupertas, quos deinde bonis coelestibus explet.

Quare, agite, o proceres (monitus ne temnite nostros)
Observate animis divam, sacrisque volentes
Parete imperiis: ne prodite signa potentis
Reginae: vincti quin vos stipe, fortibus ausis
Circum state, ingens solium stipate frequentes;
Tendite iter durum pedibus, duce tendite magna.

LIX.

« Abbiam lasciato, o nostro Re, tu il vedi
Quanto fortuna n' ebbe dato in dono,
E mentre i remi e i pescarecci arredi
Stan sul diserto lido in abbandono,
Della miseria tua soltanto eredi
Ti seguiam col voler docile e prono,
Ma di', per noi qual guiderdone ammanni,
Qual puoi dar tu compenso ai nostri affanni?

LX.

« Oh bisogno felice! (il Re ripiglia)
Oh angustie benedette e fortunate,
Per cui l' umana misera famiglia
Sale del cielo alle region beate! »
Disse; e di gioja mormora e bisbiglia
La turba alle promesse inaspettate.
I primi questi fur, ma crebbe poi
Di Povertà la scuola insino a noi.

LXI.

Perciò se vi son cari i miei consigli
Seguite, o duci, della Diva i cenni;
Nè faccia parte de' miei cari figli
Chi disertar dal suo vessillo accenni;
Ma sfidando la sorte ed i perigli
Per lei che mia regina elessi e tenni,
Vi stringete al suo trono, e porre il piede
Piacciavi nel sentier dov' ella incede.

Aspera, difficilisque via est, aditusque maligni,
Qua nos diva rapit; sed inexsuperabilis ardor
Virtutis nil non penitus domat. Addimus acres,
Sollicitosque, olim consolatura labores
Praemia. Quid, quod nos, superato in vertice montis
Certa quies, tutaeque domus certissima sedes
Expectant fessos? Et adhuc nos tristis inertes
Torpor habet? nec tanta animis afflamus anhelis
Munera? promissis divae non fidimus almae?
Eja, agite, insani ne vana horrescite vulgi
Ludibria: incoeptae ne, quaeso, incommoda vitae
Dura, aut angustos casus, acresque labores
Formidate animis victis. Nil vilis egestas
Tendere ad astra vetat; coelique capessere sedes
Nil prohibetur inops. Sed non jam dives Olympum
Auro emit: insontes tantum, ignarasque profanae
Culpae animas laeta accipiunt penetralia divum.
O me quis superum tanto dignetur honore?
O quis, ubi alma suos parco regina clientes
Munere alit tenuis victus, jam sistat, ut altae
Arboris exceptum foveat me diva sub umbra?

Digitized by Google

LXII.

Sì, crudo ed aspro è quel sentier, laddove
Ormar dovete la celeste Dea,
Ma verace Virtù regge alle prove
Sì del dolor, sì della sorte rea.
E quindi i premî rimembrar vi giove
Di che secura fede ella vi fea:
Scossa l' erta del monte, a chi la segue
Non dà felici stanze e dolci tregue?

LXIII.

E noi ci stiam torpidi ancora? e noi
Sue promesse magnifiche obbliando
Aspirar non potremo ai doni suoi?
Eh via! ponete l' altrui scherno in bando.
V' armate di costanza, e non v' annoi
Caso reo, duro stento, aspro comando:
Benchè vil, la miseria il ciel non toglie,
Iddio sugli astri i poverelli accoglie.

LXIV.

Nè già il ricco potrebbe a prezzo d' oro
Mercare a sè l' eternità beata;
Il soggiorno del ciel solo è per loro
Che dal lezzo fuggir de le peccata.
Deh! ch' uno spirto del superno coro
Mi porti all' alma Dea, ch' a sua brigata
Scarso cibo comparte, e ivi ch' in mezzo
Del suo arbor materno i' sieda al rezzo.

Digitized by Google

O vos, quaeso, ducem meme sectaminor ultro;
Monstrantemque viam, et monitus, legesque ferentem
Accipite: o posthac nostris ne absistite signis;
Turpia ne quisquam vestrum divortia tentet:
Neu trepidis quae dicam animis horrescite; quodque
Nunc opus ipse agito mecum, intractabile nostris
Viribus, o pubes, ne rere: audacibus aether
Ipse favet; coeptis divum Pater annuit altis.
Ergo, age, tolle animos, aude mecum, arripe casus
Nunc primum oblatos tibi; desuetique pericli
Tentamenta obeas. Jam jam majoribus urget
Res angusta malis: dura ac male commoda rerum
Conditio, viden' ut premat, ac circumdet egenos
Undique nos? Jam tum (nam quae satis excita rebus
Cura hominum veniat par tantis? aut labor aequet
Quis plenum innumera mensae cum plebe paratum?)
Et rerum novitas, et divum certa voluntas
Nos omnem victus longe depellere cogunt
Ex animis curam; et divina sorte levandos
Quamprimum ostendunt. Eja ergo, insurgite mecum,

LXV.

Io corro innanzi; mi seguite, e il calle
Battete ch' io vi mostro; e fidi a quanto
V' imposi, non volgete unqua le spalle
Al mio stendardo povero, ma santo.
Vile è l' uom che per via ceda e s' avvalle;
Nè il peso ch' io v' affido è duro tanto,
Che non si vaglia a sopportar: palese
Sempre è di Dio l' aita all' alte imprese!

LXVI.

Su dunque, è duopo ben di lena, e meco
I primi rischi d' affrontar vi piaccia:
Sia pur duro il sentier dov' io vi reco,
Nessuno a mezzo del cammin si giaccia.
Ecco già nembo procelloso e bieco
Sovra noi si condensa e ne minaccia;
Ecco l' inopia che c' incalza e preme
E versa sopra noi l' angoscie estreme.

LXVII.

Qual cura intanto o umana antiveggenza
Far argine potrebbe a tanti strazi?
Qual ingegno, o sottile intelligenza
Tanti drappelli or quì potria far sazi?
La sorte e il ciel n' intimano che senza
Cura di vitto noi viviam: ringrazi
Ciascun di noi l' alto volere, e aspette
Il sollievo che il cielo a lui promette.

Digitized by Google

O socii : nunc nunc animis opus : alta vocat res .
Spernere opes , aurumque nocens mandavimus olim ;
Mollia jussa quidem haec : amor hic violentior instat ;
Altius ingredimur ; jam nunc graviora jubemus .
Ibimus attrivere solum qua rarius olim
Majorum plantae ; et qua mox labor excipit acer
Audaces , perque immanes asperrima casus
Semita agit captos , perque alta pericula versat .
Nos ergo aut cultus , aut victus cura parandi
Sollicitet posthac (ea summa) cavebimus ulla .

At vos (ni pigeat monitus audire salubres)
Obscenamque famem , et saevos ridebitis aestus :
Necquicquam rigidas hyemes , fremitusque nivosi
Insanos borae , subitosque horrebitis imbres .

Urget foedus amor , stimulatque , incendit , et urit
Omne adeo pecudum genus , alitumque , hominumque .
Inde furor sensus ciet , inde insania mentes
Praecipitat : non dura gelu , non aspera ventis
Terret hyems animos , non effera mortis imago ,
Non acies ferri movet ; altius ossibus haesit
Cum semel ignis edax . Coeli jacet axe sub udo ,

LXVIII.

Su via, su via: meco sorgete, e pari
All' alta impresa in voi l' ardir si desti;
Di sprezzar l' oro io già v' imposi, o cari,
Ma voglio sacrifizî altri che questi.
Ancor v' è più: si vada ove assai rari
I passi fur degli Avi, e non ci arresti
L' aspra diserta via, ch' a molte e crude
Prove spesso porrà nostra virtude.

LXIX.

Quindi molestia in voi non sorga alcuna
Quando pure vi manchi abito o vitto;
E se la voce mia non v' è importuna,
Tenete anco la fame in gran despitto.
Ridete allor che il verno i cieli imbruna,
E quando al cancro il sol farà tragitto:
Il soperchio calor non vi commova,
O la neve, o la grandine, o la piova.

LXX.

Amor lascivo stimola ed incende
Gli augei, gli armenti, i rettili, gli umani;
Quindi un brutal furore i sensi offende,
Quindi son fatti gl' intelletti insani.
Le brume, i geli, le tempeste orrende,
Tutti i modi di morte atroci e strani
Non arrestano l' uom, cui l' empia e folle
Fiamma brucia le fibre e le midolle.

Nocte puer media, nivibus perfusus, et imbri;
Munera nec cereris, nec sedula cura parentum,
Nec serae revocant umbrae, trepidique timores.
At si hic tantus amor, quis tum divinitus altis
Mentibus insidens ardor, qualisque cupido
Securae prorsus vitae, et flammantis Olympi?
Nempe haec una mali contemptrix, una dolorum
Victrix, una expers aerumnae, et turbinis omnis.
Haec, si qua aethereae conceptis igniibus aurea
Sustulerit sese, et coelesti lumine fulgens
Constiterit qua nulla polos premit invida nubes,
Sed late astrorum circum micat aureus ordo;
Despicit insanos hominum pacata tumultus,
Spemque, metumque domat, casusque, et gaudia ridet;
Fortunamque premit, fatisque insultat iniquis;
Nescit quid poscat natura, quid utile vitae,
Quidve nocens misere veniat, quid corpora curet.
Nos ergo, o socii, non hunc optabimus ignem?
Non corda aethereae labefacta cupidinis aestu
Fervere, divinisque animos ignescere flammis
Usque adeo juvet, et magno tabescere amore?
Ite modo, eja, alias quamprimum e pectore curas
Mittite; solus amor, tantaeque cupidinis ardor
Insidens animis, vos coelo assuescere cogat.

Digitized by Google

LXXI.

Costui giace talora a ciel sereno,
Nè l'ombre teme ed il buffar dei venti:
In faccia ai rischi il cor non gli vien meno,
Nè cura inedia, o l'ansie dei parenti.
Ma se un affetto labile e terreno
Ha tal possanza nelle nostre menti,
Che non potrà divino ardor, che il cielo,
Ripromesso compenso al nostro zelo?

LXXII.

L'anima allor, posto ogni duol da banda,
E degli umani turbini vittrice,
Quando ricinta d'immortal ghirlanda
In grembo a Dio si chiamerà felice,
Dove nube giammai l'ombra non spanda,
Dove puro il suo lume ogni astro elice;
Detesterà l'umane cure, e insieme
Dolore, ilarità, paura e speme.

LXXIII.

Sprezzerà il fato, e fia di tutto ignara
Che per uso e natura in noi succede.
Nè cercherem felicità si cara?
Sprezzerem questo amore e questa fede?
Via, lasciate ogni briga oscena o avara;
Amor, divino amor da voi si chiede:
Questo è l'affetto che se in voi germoglia
Farà ch'a Dio si pieghi ogn'altra voglia.

Interea sed enim vestros non aura labores
Discerpat: memores Di sunt rectique, piique:
Est honor, est olim laus, sunt et praemia factis
Digna hominum: aut quid non oculis bonus Arbiter
(aequis
Coelicolum, rerumque Sator despectat ab alto?
Imo equidem dicam tandem (mihi credite; meme,
Credite, numen agit; versoque in pectore numen)
Non prius Hesperiis hodie stabulabit in undis
Defessis sol pronus equis; nox umida late
Haud ante obnubet terras, coelumque tenebris:
Quam Pater e summo haec bonus agmina lustret
(Olympo;
Et tantae miserans extrema incommoda gentis,
Muneribus laetis, improvisique paratus
Nos levet auxilio, et mensis soletur opimis.

At nos o nimium felices, si bona, quae jam
Paupertas nobis urget dux optima, detur
Nosse modo! Namque etsi non foecunda coloni
Fortes arva domant rastris, et vomere nobis;
Nec lata ingentes distenduut horrea messes;

LXXIV.

Le vostre pene intanto e l' impromesse
Non son vana lusinga o lieve ciancia:
Un nume in ciel colle sue mani stesse
Pesa il bene ed il mal su la bilancia.
Chi a fatti degni l' animo diresse
S' avrà certo d' onor secura mancia:
E quale è quel pensier, qual' è quell' opra
Che il grand' occhio di Dio non veda e scopra?

LXXV.

Alfin dirovvi, ed alle mie parole
Prestate orecchio (alti destini io svelo!)
Oggi pria che nel mar si corchi il sole
E notte spieghi il suo stellato velo,
Lo strazio vostro, o mia diletta prole,
Pietoso Dio sogguarderà dal cielo;
L' aita fia maggior di vostre brame,
E avrete assai di che saziar la fame.

LXXVI.

Ma noi felici troppo e avventurati
Se fosse i beni di saver concesso
Da Povertà a più man su noi versati,
Da Povertà mentre gli andiam dappresso!
È ver, per noi su le maggesi e i prati
Non suda agricoltor sempre indefesso,
Nè a prezzo già di sue dure fatiche
Per noi si veggion biondeggiar le spiche:

Nec constat Pariis sublimia tecta columnis ;
Barbaricoque auro laquearia summa venident ;
Si non et Tyrios sensit decocta colores
Nostra , sed horrificis vestis riget hispida setis :
At mores sancti nobis , at nescia fraudum
Pectora , divinoque afflatae numine mentes :
At nitidi spes certa poli ; sedisque beatae ,
Laetitiaeque fides , hic nos per dura fatigans ,
Raptat inexhaustae : non avia per loca sacrae
Acer agit virtutis amor : quoque alta petamus
Sidera , flammantique viam affectemus Olympo ;
Sternit iter , monstratque aditus , atque ostia pandit .

At tu , paupertas , una hujus numeris auctor ,
Tu requiem nobis dux una ostendis amatam .
Quippe una aetherei tu conjunctissima Regis ,
Cunarum custos primis vagitibus adstas :
Prima foves ortum : teneris , prima ubera labris
Insertas : Pelusiacas tu fida per oras
Extorrem sequeris : reducem tu reddis avitis
Sedibus : esurientem animam tu nectaris haustu

Digitized by Google

LXXVII.

Per noi non surge, è ver, superbo tetto
Su colonne di marmo altere e vaghe;
Nè raggiano d'argento e d'oro schietto
Le volte, dove il guardo erri e s'appaghe.
E il sajo che vestiamo irto e negletto,
Nè tinto in ostro di lontane plaghe,
Ma puri abbiam costumi, ed abbiam mente
Digiuna d'ogni frode ed innocente.

LXXVIII.

Molto è ben, se la speme a noi sorrida
Di tal felicità che sempre dura;
Sia pur erto il sentier che là ci guida,
Sia pur aspro il tenor de la ventura,
Virtù che è nostra diva, e scorta fida
Addita a noi del ciel la via sicura,
E giunti alfine al desiato segno
N'apre le porte dell'eterno regno.

LXXIX.

Tu dunque, o Povertà, scendi opportuna
E reca a noi tutti i tesor celesti,
Tu che vegliando dell'Uom-Dio le cuna
I vagiti primier già n'accogliesti;
Tu che avutolo in grembo, a la digiuna
Infantil bocca il primo latte desti;
Tu che insieme esulasti in strano lito,
E il riportasti al suo tugurio avito.

Divite, laeta reples, trino dum confodit anguem
Tartareum oraclo; summo tu denique malo,
Pulvereo affixum liventia brachia tabo,
Suspicis, atque avidis nudatum amplecteris ulnis.

Salve, magna parens, coeli quae sola colonis
Atria terrigenis gemmata recludis, et alta
Sede locas, opibusque auges, regnisque superbis:
Salve, nosque tuos ne dedignare clientes.
En laeti (nos laeta fove) tua castra subimus;
Abnuimusque bonis posthac servire caducis.
Tu vero, o mater, nos tandem intersere divum
Conciliis, daque aethereis accumbere mensis.

Haec postquam tantis edixit, voce repressa
Conticuit, fandique modum dedit inclytus heros.
Tum caveam linquit: procerum simul omnis euntem
Prosequitur numerus: longa dehinc caetera pubes
It pompa, et Divae sedem de more revisunt.

LXXX.

Tu largamente del tuo nettar santo
A lui saziasti la famelic' alma,
Quando sul sire dell' eterno pianto
Coll' oracolo trino ebbe la palma:
Tu lo seguisti sulla Croce, intanto
Che il suo spirto divin lasciò la salma,
Poi nudo il raccogliesti in dolce modo,
E delle braccia gli facesti nodo.

LXXXI.

Salve o gran Madre! che dischiuder sai
Gli astri del cielo ai miseri mortali,
Ove regno e tesori a lor tu dai,
Che son largo compenso ai vecchi mali.
Ecco, seguiamo il tuo vessil, nè mai
Più cercherem cose caduche e frali:
Ma tu danne sugli astri alfin ricetto,
E ne solleva all' immortal banchetto. —

LXXXII.

Il serafico Eroe così ragiona,
Ma all' improviso il dir lascia e interrompe,
E mentre l' alto pergamo abbandona
La turba a gara per seguirlo erompe.
E facendogli intorno ampia corona
S' avvia già lenta fra solenni pompe,
Finchè, secondo il solito, rivede
Della Madre di Dio l' augusta sede.

Ventum ubi non magnae sacratum limen ad aedis
Primorum coetus mediam cinxere corona
Supplice mox aram. Tum vero, ex agmine toto,
Ad cantus hinc inde chori simul ordine lecti
Assistunt: Superis meriti instaurantur honores:
Et voce alterna templi sacra tecta resultant.

Interea divum Pater, ac Rex altus Olympi
Viderat innumeris fervere Subasida terram
Agminibus, pariterque novae tot millia gentis
Tegminibus collecta aegre stabulare sub arctis.
Tum vero arcano secum ille ita corde loquutus.

Ecquid magnus amor coelestia pectora liquit?
Nostra ne jam primum miseris addicta tuendis
Cura, aevo defessa jacet? aut haec nova tantum
Gens forte humanis nequicquam obnoxia fatis?
En dux hic, tandem longo post tempore, solus
Provocat heroas bissenos; primus et aequat
Bellando, duroque inopis discrimine vitae,
Jam curam omnino cultus, victusque perosus.
Ergo arctis quid nos rebus cunctamur adesse
Auxilio? casus quid dissimulamus egenum?

LXXXIII.

Toccate alfin le benedette soglie
Della divota ed umile Cappella,
Ognun de' primi intorno si raccoglie
All' ara della santa Verginella.
Un sacro inno dai cori allor si scioglie,
Cui fan tutti eco in questa parte e in quella;
Così, rendendo onore al Nume eterno,
Risuona il tempio di quel canto alterno.

LXXXIV.

Intanto il Re del ciel vedea ristretti
Presso al Subasio tanti prodi e tanti
Starsene al rezzo di meschini tetti,
Abbandonati, senza cibo, ansanti.
Quindi egli disse: » fra celesti petti
Non v' ha più alcun che di pietà si vanti?
Non son lor cura gl' infelici? e a questa
Gente la sorte ognor sarà molesta?

LXXXV.

Ecco quel duce alfin, che il gran prodigio
De' miei dodici eroi rinnova al mondo;
E che sprezzando ogni terren prestigio
E fame e sete, non va lor secondo.
Noi dunque soffrirem che il drago stigio
Giunga a farlo cader sotto il gran pondo?
E inerti ci starem, mentre periglia
Tutta laggiù la povera famiglia?

Dixit, et acciri toto jubet aethere divos
Arcem ad sideream: resonat clamore vocantis
Praeconis, mox astrigeri plaga lucida coeli.
Parendi mora nulla: audit quicunque per ortus
Aurorae signis rutilat; simul excitus audit
Occiduus quisquis sese ipse receptat ad aedes.
Regia continuo patet alta; aditisque reclusis,
Accipiunt notos aurata sedilia cives.

At Pater omnipotens, solio spectabilis aureo
(Unde orbem immensum, coelumque, et sidera nutu
Torquet inhexausto, et mortales sustinet aegros)
In medio residens, consessus ordine circum
Ter trino in morem structos, lateque patentes
Ter lustrat vultu; et magno cum numine sese
Coetibus immiscens, vigor idem ipse igneus, altos
Ingreditur sensus, et mentes explet hiantes.
Tum sic ore infit laeto: simul aetheris alti
Atria, tecta, fores, adytus, sedesque beatae
Dicenti arrident, subterque meantia ludunt
Astra: horret tantum Stygis implacabile numen;
Intremit, et lachrymas auget Cocytus amaras.

LXXXVI.

Tacque; e a' celesti fe' comando allora
Che tutti a piè venissengli del trono.
Sosta non v' ha: dai regni dell' Aurora
Convengon quanti spiriti là sono;
Convengon pure quanti fan dimora
Ad occidente di que' cenni al suono:
La Reggia è schiusa, e già sul proprio scanno
Seduti i santi comprensor si stanno.

LXXXVII.

Il Padre onnipossente in soglio assiso
Tutto d' oro fiammante, onde l' immensa
Terra governa e gli astri e il paradiso,
E a noi lo sdegno ed il perdon dispensa,
Il bel consesso in nove ordin diviso
Lieto guardò colla pupilla accensa,
L' irradiò del suo nume e l' immortali
Fibre investì de' suoi cocenti strali.

LXXXVIII.

Poi schiude il labbro, ed ai divini accenti
Tutta sorride la beata reggia,
Si muovono danzando i firmamenti,
E ogni astro di maggior lume fiammeggia.
Soltanto il Re delle perdute genti
Gela d' orrore e tituba ed ondeggia;
Ne vien l' aura d' Inferno a un tratto scossa
E per pianto maggior Cocito ingrossa.

Coelicolae, nostri decora immortalia regni,
Quos hominum (auricomis sic dum transcripsimus (olim
Semideos primos lucis, camposque beatos
Jussimus incolere, edictum accepistis ab ore
Actutum nostro) cura haud ingrata reposcit;
Quae dicam accipite; atque animis servate sub imis.

Magnanimus ductor (quo prima exordia rerum
Altius evolvam) jamdudum rupe Subasi
Sub celsa exortus, vix ulli imitabile, Nati
Tentat iter nostri; obnixusque haud cedere retro
(Usqueadeo contemptor opum, contemptor et auri)
Perstat in incoeptis, animoque interritus ardet.
Jamque expers certaeque domus, certique receptus,
Sive antris, sive arboreis vitare sub umbris
Ventosque, et saevas hyemes assuevit, et imbres:
Nec non et duros sub dio carpere somnos
Saepe solet, roresque leves perpessus, et astra
Uda, sub aurora primos sese excitat ortus.
Insuper ecce (etenim pariter spectatis et ipse
Sparsa Subasaeos tentoria mille per agros)
Innumeras acies, variis e partibus orbis
Quas dudum accivit, castrisque addixit egenis,
Nunc pariter vestrae Reginae ad templa coegit.

LXXXIX.

Quand' egli cominciò, disse: o divini
Spirti, gloria immortal di questo impero,
Se allor che d' incantati aurei giardini
Io feci abitator l' uomo primiero,
Se volli fin d' allor che sui destini
Vegliaste voi dell' uman germe intero;
M' udite, e fate che la voce mia
Tenacemente intorno al cor vi stia.

XC.

Principierò ben d' alto: illustre duce
Sotto i gioghi dell' Asio al mondo sorse;
Esso imita il mio figlio, e nol seduce
L' oro, nè dietro a vanità mai corse.
Or nuova eletta impresa al fin conduce,
Nè vacillò giammai, nè stette in forse,
Ma senza certo asilo in antri o in selve
Vive alle pioggie, ai venti, e fra le belve.

XCI.

A cielo aperto, e sulle nude arene
Chiudere il ciglio a breve sonno ei suole:
La rugiada lo bagna, ed ei previene
Per mattinare a Dio l' aurora e il sole.
Sparsa dell' Asio per le falde amene
Mirate ancor l' innumera sua prole,
Ch' ei presso al tempio della vostra bella
Diva e reina fin da lungi appella.

Digitized by Google

Jamque aurum, jam mandat opes procul esse; nec
(ullam
(Sors ignota homini, ac semel olim agitata profecto)
Permittit curam victus, mensaeque parandae.
Paret turba volens, nec formidabilis horret
Callis iter durum, nec coeptum avertitur ingens:
Is vigor est animis, ita concitat agmina ductor.
Au ne igitur, vestri post aurea tempora Regis,
Heroas tantos usquam mortalibus aegris
Nosse datum? au ne unquam tales sibi dura clientes
Quaesivit virtus, et coelo sustulit alto?

Haec Pater: et Volucrum e numero (quo saepe ministro
Res hominum fractas levat, atque ope fata remulcet
Tristia, fortunaeque ictus, et vulnera plucat)
Elicit, ad seseque unum vocat, atque ita fatur.

I mudo, fide, celer: zephiris, age, pande vocatis
Stellantes alas; terraeque Subasidis omnes
Nuntius invisens pagos, atque oppida clara,
Mentem adeo certam populis immitte quietis;
Reginae extemplo vestrae ut delubra petentes,
Dona laboratae cereris, dulcemque lyaei
Laetitiam, et mensae totius rite paratum
Comportent. Ibi magna virum, gens omnium egena,
Jam confecta fame, victus ope turba levanda est.

Digitized by Google

XCII.

A lei fa legge di sprezzar tesori,
Nè mai vuol che per vitto ella s' attristi:
Ingrati al mondo e insoliti rigori
Solo una volta per miracol visti!
Gli obbedisce, nè cura ansie e sudori
La turba intenta ai gloriosi acquisti;
Chè il duce la precede, e di celeste
Vigor quei cori generosi investe.

XCIII.

D' allor che in terra il Redentor discese
Quando mai tanti eroi fiorir miraste?
Quando Virtù di bella fiamma accese
Alme laggiù più intemerate e caste? —
Disse l' Eterno, e l' Angelo cortese
Che scende ov' aspro fato a noi sovraste,
Fe' dalla schiera innumerata uscire,
E chiamatolo a sè gli prese a dire:

XCIV.

— Venne, o mio fido, ai zeffiri sul dorso,
Dell' Asio scorri le città, le ville,
E fa che il nuovo stuolo ivi concorso
Pietosi sensi in tutte l' alme istille;
Sicchè di pane e di liquor soccorso
Pervenga a lui da mille parti e mille:
Colaggiù quella turba inope e afflitta
Senza cibo non resti e derelitta. —

Vix Pater haec, Volucer ventis, et fulminis alis
Ocyor, explerat Patris jussa; oppidaque una
Perlustrans, gentes desueto afflarat amore.
Ergo idem simul ardor habet, simul excitat omnes
Cura eadem populos: juvenes labor occupat acer:
Obsequium tardis senibus maturius instat:
At pueros levis urget amor: studio acta frequenti
Matrum opera effervent: flammis pars viscera torrent,
Caesa in frustra, boum: pars dulcia liba, fabasque,
Vulcano, in morem, domitas, calidisque fluentis,
Vectandas mox expediunt: haec pinguia farra,
Congestumque penum simul omnem, omnisque paratum
Plenius instructum mensae advocat; illa canistris
Confertam stipat cererem; testaeque lyaeo,
Elargire meis, horresco, ac fixa refutat
Mens. Tuque una horresco, hospes; sed prodigus illas
Parce aliis, quos ista dabunt tibi moenia vulgo,
Quos vicina ferent, quos tota Hetruria mittet.
Me vero, ipse olim scis, et te scire necesse est,
Utque amor omnis opum, utque omnis defecerit ardor,
Atque auri vesana fames. Nunc mollibus ergo
Ne donis adeo indulge: ne tu modo votis
Hanc pestem, aut crudele meis compone venenum.

Digitized by Google

XLIV.

Ma noi che ciechi della mente siamo
D' error precipitando in nuovi errori,
Di fama vil, d' inutil gloria all' amo
Siam colti, ed obblïam le vie migliori.
Di marmi intanto peregrini orniamo
D' oro, di fregi e titoli sonori
Le tombe, che accorran la polve e il lezzo,
E dove il serpe albergherà nel mezzo.

XLV.

Or del lungo cammin, della fatica
Viemmi duce e compagno; avrollo io caro.
Ma i tesor che ti diè la sorte amica
Costantemente ricusar dichiaro.
Esser dee la mia prole ognor mendica:
Tu pur gli abborri, ospite mio preclaro;
Su cui versar li puoi non ha penuria
In queste mura istesse e in tutta Etruria.

XLVI.

T' è noto già (come potea sfuggirti?)
Che il mondo e le sue pompe abbandonai;
Or quanto e come non saprei ben dirti
L' odio dell' oro non mi lasci mai.
Deh! cessa dunque: d' infiacchir miei spirti
Con tai blandizie tu poter non hai;
Cessa, senza volerlo, al labbro mio
D' apprestar tosco sì crudele e rio. —

Talibus heroes sese hinc atque inde vicissim
Compellant. Rubet interea sol pronus, et undis
Auriconum Hesperii jam jam caput aequoris abdit;
Udaque paulatim fuscas nox explicat alas.
Olli, composito tandem sermone, silescunt:
Tum mensae, cereris, nox intempesta, quietis
Dona ferunt: lassosque sopor suus occupat artus.

Postera jam referens ortus, lucemque, coloremque,
Astra polo, et terris aurora fugaverat umbras;
Cum bonus Orandes thalami penetralia linquens,
Infert se laetum, pactique haud immemor, ultro
Francisci sedem magni petit hospitis altam.
Ille autem in morem, primo exposcebat Eoo
Tum veniam Superos, onerabatque aethera votis.
Affuit ergo heros; breviterque affatur amicum.

En vocat alma dies; nostros jam destinet ultra
Quae mora tanta abitus, pater optime? Praevius omnis
It famulum coetus; curae quibus alta Lavernae
Instruere hospitia, et tectis aptare paratus;
Auxiliumque viae, et tenuis praemissa suppellex.

Digitized by Google

XLVII.

Così fra lor parlavano gli Eroi,
E già piegava rosseggiando il Sole
Alla ibera marina, e i vanni suoi
Notte spandea sulla terrestre mole.
Laute vivande s' apprestâr di poi
Che intrambo davan fine alle parole;
E come l' ombre fecersi più scure
Sopìr nel sonno le diurne cure.

XLVIII.

Ma già scarso si fa degli astri il lume,
Sorge l' alba e alle cose il color riede:
Orando abbandonate allor le piume
Volse alla stanza di Francesco il piede;
Chè già a quel primo albor, giusta il costume,
Chiedea con caldi voti a Dio mercede.
Entrato adunque il Cavalier cortese
Si rivolse all' amico, e a dir gli prese:

XLIX.

— Ecco, a sè ne richiama il dì novello,
Nè, Padre, or v' ha più d' indugiar motivo:
Ci precesse all' Alverna ampio drappello
Già di valletti celere e giulivo;
Essi avran cura preparar su quello
Men disagiato albergo al nostro arrivo,
E quanto occorre si recàr con loro
Per prender del cammino alcun ristoro. —

Tantum effatus ; iterque extemplo corripit acer .
Progressu excitus celeri pater aequat euntem :
Cui sese fidus comitem , de more , Lyaenos
Jungit ; non animo , non curis degener altis .
Sicut , ubi in magna spectandos nuntiat urbe
Fama canens ludos , properat visurus agrestis ;
Multa cavens sibi , multa animo contraria versans ;
Et modo commissos fingit , modo rite solutos ;
Nunc timet excludi circo , spatiumque negari
Omne sibi ; tum se lente castigat euntem :
Sic pater ire viam ; montem capita ardua donec
Alte attollentem , et nigrantia culmina cernat .
Quo postquam ventum est, adspectumque obvia primo,
Seu fortuna tulit , seu parvi semita callis
Angusta immani praerupta objecit hiatu
Saxa , pater stetit actutum; ac simul omnia ductis
Huc illuc oculis lustrans , demum ore soluto
Incipit; et tales effundit pectore voces .

L.

Pose appena egli fine al suo discorso,
Che lieto prese dell' alpestre via,
E il Patriarca accelerando il corso
Su per quegli aspri gioghi a par gli gìa.
Indi al romor de la partenza accorso
Fra cotanta virtù terzo venìa
Il buon Leone, a cui nell' alma fida
Eguale affetto, egual cura s' annida.

LI.

Come se uscì da la città vicina
Nunzia la fama di solenni ludi,
Il villico talor vi s' incammina
Chiuso ne' suoi pensier dubbiosi e rudi:
E or finge contemplar la pellegrina
Scena, or si crede al fin de' suoi tripudi,
Ed or s' idea l' arena essergli chiusa,
Sicchè sè stesso dell' indugio accusa;

LII.

Così Francesco iva per via: del monte
Sul culmine selvoso alfin pervenne,
Quando un gran speco si mirò di fronte
Nè so, se a caso o se per altro avvenne.
Laddentro allora le pupille pronte
Girò curiosamente e il piè rattenne,
E, compiuta l' indagine, si volse
Al suo compagno e queste voci sciolse:

O tandem ingenti tellus mihi parta labore,
Digna sed o graviore peti; salve optima nostri
O coetus altrix, simul et fidissima quondam
Servatrix; salve oraclis mihi debita sanctis.
Namque olim (jam nunc repeto) pulcherrima divum
Per noctem ante oculos adstans Regina soporam,
Te mihi praecinuit: caecis quin insuper atrae
Artibus Eumenidos, larvas mihi mille parari.
Mille hic insidias, pugnandaque praelia mille,
Noctibus ipsa canens, monitum me Diva reliquit.
At tu, praedones male quondam assueta sub antris
Occulere immanes, diraque e caede regressos
Saepe ultro excipiens, cura, hospitioque tueri:
Nunc me laeta fove, et gremio simul accipe duro,
Hospitibusque piis tutum da fida receptum:
Da certam (o felix, quoniam ad meliora vocaris,
Haud ultra infamis, probrisve obnoxia) sedem.

Digitized by Google

LIII.

— O terra ch' ora io premo e il prezzo sei
Delle fatiche mie, de' miei sudori,
Se oprar molto per te finor potei,
Da me t' aspetta ancor prove maggiori.
Futuro albergo de' seguaci miei,
Sacre spelonche, fortunati orrori
Salvete! io quì starò, che voi destina
A sede mia la volontà divina.

LIV.

La bellissima Dea che in ciel s' adora
Già fra 'l notturno tenebror m' apparve,
E a mia solinga e tacita dimora
Sensibilmente a me parea mostrarve.
Tutte d' Inferno mi predisse allora
L' arti, l' insidie e le feroci larve,
Che mi faran quassù guerr' aspra e fiera:
Tacque, e reddissi a la beata spera.

LV.

O terra avvezza ad ospitar ladroni
D' uman sangue versato ancor fumanti,
Io vo' che nel tuo grembo asil tu doni
A me che quì conduco i passi erranti.
Schiudi, schindi i tuoi spechi e i tuoi burroni
Ad ospiti nutriti a pensier santi;
Dà lor secura stanza; e un denso velo
Distenderà sulla tua infamia il cielo.

Fors et tempus erit, cum te, tuaque antra, latebrasque
Hoc nemus, hos scopulos tanti meminisse juvabit
Hospitii; astrigero cum jam nitidissima coelo
Pervolitans, clari attollet se gloria facti.
Quin etiam miranda adeo nunc accipe; quae jam
Non linguae volucrum, non praepetis omina pennae
Vana mihi, sed certa canunt oracula divum.

Haec juga, Tyrrhenis non tantum ex urbibus olim,
Finibus aut Italis, vulgi crebra agmina visent:
Sed quae prona tenent devexae littora Calpes,
Quaeque tuos primae spectant, aurora, rubores,
Festinae has sedes, haec dura cubilia, gentes
Accedent; atque his altaria parva sub antris,
Certatim externo cumulabunt munere, et alta
Thure vaporabunt summi fastigia templi.

Ille haec: oranti divum Pater aethere ab alto
Annuit; et rata dicta volens, saxa ardua nutu
Concussit; terque aurata cum luce coruscos
Dat tronitus, coeli laeva de parte sereni.

Digitized by Google

LVI.

Oh sì! stagion vedrai sorger da poi
Che a questo tuo di selve orrido intrico,
A queste rupi ed a quest' antri tuoi
Fia bello rammentar l' ospizio antico;
Chè per quanto ben merti ora di noi,
Fama e gloria perenne io ti predico.
Or odi cosa, che a me il ciel palesa
E che non ho per vani auspicî appresa.

LVII.

Questi tuoi gioghi a visitar verranno
L' etrusche genti e l' itale più estreme,
E quante intorno a Calpe ancor si stanno,
O da cui l' oriental lido si preme.
Stupide queste balze ammireranno,
E in queste grotte, garreggiando insieme
Cumuleranno i doni lor sull' are,
Bruciando gomme preziose e rare. —

LVIII.

Così Francesco. Dall' immobil trono
Diede al supplice ascolto il sommo Nume:
E il volendo esaudir clemente e buono
Fe' del monte tremar l' arduo cacume;
S' udiva intanto brontolare il tuono,
Frammezzo a vampe di sidereo lume,
E neppur lieve nuvoletta al cielo
Dal manco lato si vedea far velo.

At bonus Orandes (magno quamquam optat amico
Commonstrare locos coram, et monumenta locorum
Pandere cuncta ardet) visis mox territus haesit;
Obstupuitque animo, gelida formidine quassus.
Ceu quis, forte gravi compressus membra sopore,
Velle loqui sibi visus, hiat, nec verba sequuntur,
Nec vox ulla sonat, frustra ciet ille latebras,
Obnixusque urget sicci pulmonis anhelas.
At demum, ut vires, solitusque per ima refluxit
Ossa calor, suaque excitae lux reddita menti est;
Incipit. O terris decus addite; gentibus aegris
O columen coelo lapsum, ac spes certa salutis;
Hic specus, haec rupis disjectae caeca vorago,
Atque immane pateus (tunc cum sol aureus orbi
Subduxit lucem, lethum indignatus acerbum
Auctoris rerum; et late sola vasta patentis
Telluris gemuere, cavis decussa sub antris;
Moeniaque horrisono mundi convulsa tremore,
Implerunt trepidas gentes mugitibus atris)
Apparens primum, vicinos undique pagos
Spectatum accivit magnae nova monstra ruinae.

Digitized by Google

LIX.

Ma il saggio Orando che mostrar desia
Al dolce amico queste alpestri cime,
Scosso alla vista paurosa e ria
Ammutolì, tanto terror l'opprime.
Così l'uom, se nel sonno immerso sia,
Si crede favellar, ma nulla esprime;
Chè nascendo dal sen torna veloce
Donde partiva a ripiombar la voce,

LX.

Quando però tornâr le forze al core,
E rifluì 'l calor dentro le vene,
Quando d'illusïon fu tratto fuore,
Incominciò: — Tu che decoro e spene
Sei della terra, che un funesto errore
Tra ceppi avvinta e addolorata or tiene;
Tu che ad ognun che piange e che sospira
Celeste aita porgerai; deh! mira,

LXI.

Mira quest'antro, e questi infranti e scissi
Scogli che dispalancano lor gole.
Sappi, che quando un'improvisa eclissi
Per la morte d'un Dio ci tolse il sole,
E le genti tremâr, che dagli abissi
Scuoter sentiro la terrestre mole,
Aprironsi in vorago, e le vicine
Genti stupìr di queste ampie rovine.

Digitized by Google

Namque feruut, vasto tremeret dum pondere tellus,
Haec saxa immauis penitus vi quassa tremoris,
Dissiluisse; atque iugenti diducta fragore,
Qua modo laxa patent, traxisse voraginis ora.
Ex illo (quando antra, nemus, latebraeque profundae
Rupis inaccessae, loca tuta uocentibus essent)
Saepe hic conventum dirae fecere catervae
Raptorum; praedasque loco assuere recentes
Partiri secum, et laetae convivere rapto.
Haec memorans, simul ante ferens vestigia, primo
Adscensu superat clivum, tumulique cacumen:
Tum montis dorsum (qua laeva hinc despicit altum,
Praeruptumque latus; dextra hinc nemora horrida (linquit)
Progrediens monstrat. Tunc: O pater, adspice (dixit)
Hunc silicem (tendensque manum, simul indice mon-(strat)
Cernis ut insurgat praecisis undique saxis,
Supremo aereas imitante cacumine metas?
Juuctus erat quondam rupi: nunc distat hiatu,
Quantum non longi committat macchina pontis.
Hunc nostris fama notum fecere diebus,
Impia semihominis monumenta, innataque cordi
Dira Lopi feritas, et caedum saeva cupido.

LXII.

Mentre così parea che il mobil asse
Più de la terra non reggesse il pondo,
Narrasi, che un muggito al ciel mandasse
Questa montagna orribile e profondo,
E poi l'ampie sue fauci ispalancasse
Lasciando traveder l'intimo fondo:
D'allor questi recessi oscuri ed adri
Agli omicidi furo albergo e ai ladri.

LXIII.

Quivi le scellerate empie caterve
S'uniano a celebrar gl'infami riti,
E lor brame a saziar crude e proterve
I tesori partiano altrui rapiti. —
Così dicendo si affatica e ferve
Per gire innanzi ai pellegrini arditi,
E al sommo vien, donde una rupe alpestra
Si vede a manca, orrida selva a destra.

LXIV.

E proseguendo: — mira, o Padre, ei dice,
Quel masso (e verso lui la man distende)
Mira come la fronte insultatrice
Levando sù quasi col ciel contende;
Era prima attaccato alla pendice
E or, ve', di mezzo un baratro si stende.
Questo di Lopo per l'atroci imprese
Troppo famoso ai nostri dì si rese.

Sarmaticis (ea fama canens) hic debita factis
Supplicia infandis fugiens , excesserat oris :
Informis visu , atque immanis corpore , et ore
Terrificus ; caput assurgit cui turbinis instar ,
Incultisque riget setis ; frons turget acuto
Tubere ; subter hiant orbes , oculique reposti
Interius sedere truces , atque igne micantes :
Talis erat , talemque feri genuere parentes .
Hanc igitur sedem monstrum illaetabile nuper
Coeperat ; his dumis , caecisque latebat in antris
Per lucem : at postquam nox intempesta silebat ,
Et late obtentas densabat fusca tenebras ,
Horrificas sedes , et foeda cubilia liquens ,
Praecipitabat atrox descensum montis ab alto
Vertice ; et immani rabie turgentia quassans
Pectora , mox agros ferus irrumpebat apertos .
Vae pecorum stabulis , vae tunc agrestibus illis ,
Quos nec firma domus , portae non vectibus aereis
Effultae poterant , non robora saeva tueri :
Quippe manu claustra effringens, postesque revellens,
Fortia nunc juvenum, nunc tarda senilibus annis
Corpora , nunc haustu siccantes ubera natos ,
Imbellesque mures raptat , timidasque puellas .

Digitized by Google

LXV.

Quà dalle spiagge scitiche, fuggendo
Dalle man del carnefice, venìa;
Informe avea l'aspetto, il corpo orrendo,
Qual messe il crin che il turbine colpia:
Sotto turgida fronte al par tremendo
Di rea cometa aprivasi la via
Dalle occhiaje infossate il guardo truce: (2)
Tale i parenti il diedero alla luce.

LXVI.

Questa sede s'elesse il fiero mostro,
Quì fra balze e fra dumi il dì giacea;
Ma quando notte all'emisferio nostro
Le piume fosche e tacite stendea,
Usciva allor dal tenebroso chiostro
Dal monte giù calando alla vallea,
E come ognor d'atroce rabbia avvampi
Procelloso scorrea gli aperti campi.

LXVII.

Miseri allor gli armenti, e sventurati
Gli innocenti coloni e i pastorelli,
Che con ferro e con roveri serrati
Non hanno gli usci de' lor cari ostelli!
Egli alle prede intento ed agli agguati
Ne conquassa le imposte ed i cancelli,
E i vecchi indi rapisce e le donzelle,
E dal sen de le madri i figli svelle.

Accipe nunc majora, pater, nec mollia fatu,
Nec voce incerta, dubiove auctore relata.
Lanigeros si forte greges, armentaque raptor
Impeteret (stabulis, heu! mitior ira leonis,
Hyrcanaeve tigris rabies impasta veniret
Mollior) infanda nimirum caede magistros
Posternit primum; tum vi septa alta refrigens,
Molle pecus ferroque necat, manibusque cruentis,
Dentibus infrendens spargit, laniatque, trahitque;
Neu gravia effugiant taurorum corpora caedem,
Mox ille insurgens nodosi roboris ictu
Fulmineo magnis inculcat strata ruinis.
At postquam non sponte animi, sed fessa quierat
Immanis rabies, reditumque parabat ad altae
Limina foeda domus; oneratus stragibus armos
Lanigeris, pedibusque trahens post terga juvencos,
Saepe etiam geminos forma praestante, subibat:
Quam facile errantemve agnam, errantemve capellam
Ore lupus rabido trahit, ac vorat inter eundum.
Nunc captos quae mulcta viros, quod deinde manebat
Supplicium, cape: mente hauri miserabile factum.
Huc nempe attractos, non jam spirabilis aurae
Quamprimum dulci spoliabat munere; sed mox
Obscoenamque famem, jejuniaque atra parabat.

Digitized by Google

LXVIII.

Or odi, o padre, nuovi eccessi, e strani
Casi da toglier fede al mio sermone.
S' ei piomba sull' ovil, cotanto immani
Strazi non vi faria tigre o leone.
Ei sgozza prima i miseri guardiani,
Poscia il lanuto gregge a morte pone,
E colle mani e la bocca unta ed atra
Lo discuoja, lo lacera e lo squatra.

LXIX.

Non si salvan da lui gli stessi tori,
Ch' ei palleggiando noderosa clava,
Così la vibra, che di vita fuori
Li mettea al primo colpo, e li atterrava;
Ma poi quando cedeano i suoi furori
Alla stanchezza, e l' ora s' appressava
Del ritornar, sovra le spalle sue
Ponea talora un gran giovenco o due.

LXX.

Tal fuggendo parea lupo, che s' abbia
Un agnello involato e via sel porte.
Apprendi or pure in che terribil gabbia
Serbi le prede umane ed a qual sorte.
Più tardi sovra lor sbrama la rabbia,
Più tardi li conduce a cruda morte,
Quando cioè la fame il mena a farne
Fiero pasto dell' ossa e della carne.

Roboreo namque injecto per dissita ponte ,
Summo infelices sistebat vertice saxi ,
Praecipiti aut saltu , longa aut ibi morte necandos :
Imo (gentis enim vis effera credere suadet
Et morem , et faciem sceleris) vaga fama canebat ,
Visceribus solitum humanis , et sanguine vesci .

Tale diu monstrum pridem has exterruit oras ,
Et miseros dira vastavit caede colonos ;
Coelicolis donec tandem miserantibus , ultor
Affuit , et stygio sua munera reddidit orbi .

Heroum Hetruscique soli , Latiique superbi
Nulli animo inferior , nulli virtute secundus ,
Guidus , ab antiquo Pheretraeae sanguine gentis ,
Tum fuit . Hic , de more , gelu duratus , et aestu ,
Primaevos forti venatu assueverat annos
Excolere ; et cursu celeres praevertere damas ,
Aut jaculo petere , et spumantes cominus audax
Figere apros . Solidis at postquam firmior aetas

LXXI.

D' una trave di rovere si fea
Ponte a recarli sul funereo sasso,
E col ferro lassù poi gli uccidea,
O li gettava capovolti abbasso.
Anzi raccapricciando all' empia idea
Va la fama tuttor narrando (oh lasso!)
Che il reo ladrone del lor corpo guasto
E del sangue facea bevanda e pasto.

LXXII.

Lungamente così quel mostro pose
In gran terror queste infelici spiagge,
E con subite stragi e sanguinose
Le rese a un tratto misere e selvagge;
Finchè benigno il ciel termine impose
Ad opre tanto perfide e malvagge,
E dal superno fulmine colpito
Lo risospinse all' Orco, ond' era uscito.

LXXIII.

Guido ne fe' giustissima vendetta,
Guido del Feretréo sangue gentile,
Che gagliardo di man, d' anima eletta,
Fu agli etruschi e latini eroi simile;
La caccia in gioventude ebbe diletta,
I rai del sole e il gel tenendo a vile;
Seguia spesso correndo, e co' suoi strali
Amava di ferir damme e cinghiali.

Accessit membris, non illum cura paterni
Implicuit numerosa laris, cultaeve novales;
Non venus, aut dulces animum flexere hymenaei:
Sed mox arma placent, saevusque in pectore magno
Gradivus sedet: horrendo juvat oppida bello
Jam quatere, et latis acies struere ordine campis.

Ergo optata dies aderat, qua tempora parcae
Tandem Sarmatici complerent debita monstri;
Hetruscique Lopus timor, atque infamia saxi,
Ederet elisam, et scelerato in sanguine mersam,
Sontem animam, et poenas factis expenderet aequas.
Namque heros senio jam tum defessus, et annis
Post victas acies, pugnataque bella, trophaeis
Mille actis, mille exuviis ex hoste relatis;
Ad patrias sese demum revocaverat oras.
Invitus tamen ocia amans, desuetaque tristi
Bella animo repetens, indignabatur inertis
Corporis effoetas vires, hebetemque senectam.

LXXIV.

Ma spento il fuoco de' più giovani anni,
Poco gli calse dell' avito censo,
Cauto sfuggì dagli amorosi inganni,
E alle gioje d' Imen non fu propenso.
Dell' armi ebbe vaghezza, e i duri affanni
Gli fur di guerra al cor dolce compenso:
Le rocche rovesciar fu suo piacere,
E campeggiar fra bellicose schiere.

LXXV.

Già dunque s' approcciava il desïato
Dì ch' estremo per Lopo esser dovea;
E traboccava sotto il suo reato
La lance in man della divina Astrea.
Del sasso etrusco già l' abbominato
Abitatore il fio pagar dovea,
Dovea fra poco nel suo sangue immerso
Quivi esalar lo spirito perverso.

LXXVI.

Chè quell' Eroe d' età già fatto onusto
Dopo tanti trofei, tante vittorie,
Ripatriò se men di pria robusto,
Più carco almen di conquistate glorie.
Mal però sofferendo un ozio ingiusto,
E rivolando sulle sue memorie,
Sdegna la vita inerte, ed odia e sprezza
Gl' indugi della debile vecchiezza.

Tunc ergo (ex illo, quando hoc solamine tantum
Saepe excire animum residem, et turbare quietem)
Venatum ire parat: mora nulla, ad limina coetus
Conveniunt ultro juvenum; mediumque veredo
Frenato heroem subvectum; humerosque gravatum
Devexos pharetra insigni, cornuque retento
Accipiunt; portaque effusum it protinus agmen.
Hic jaculo levis; huic nitido venabula ferro
Terga premunt; pars lina ferunt, flexusque plagarum
Expediunt; sine more, canum ruit ardor odorus.

Stat nostris haud longe oculis (en adspice) collis
Conspectu apparens, rapido qui plurimus Arno
Incubat, et flavas amnis despectat arenas.
Horrificus vertex, umbraque nigerrimus olli
Surgit; nec nostro huic, Appenninoque jugoso
Invidet intactos peropacae frondis honores,
Non veteres fagos, non robora saeva, nec ornos.
Quo postquam ventum est, gnaris mox retia circum
Tendere nodosa, et densos indagine saltus
Cingere cura fuit. Tacito succincta labori
Turba silens primo; at dumum clamoribus instat.

LXXVII.

E poi che solo gli è conforto al core
Talor di ridestare i spirti antichi,
Ama cacciando di passar molt' ore
Per ombrose foreste e colli aprichi.
Bello è veder su scelto corridore
Qual fra vispi garzoni ei s' affatichi:
Ha sul tergo il turcasso; e appena il corno
Squilla, il nobil corteo si spande intorno.

LXXVIII.

Questi incocca uno stral, quegli d' acute
Tempre uno spiedo adattasi alle mani,
Ha fasce un terzo adatte alle ferute,
Sguinzaglia un altro i fiutator suoi cani.
E già le schiere al colle son venute,
I cui gioghi non son quinci lontani,
E che d' Arno or veggiam nell' onde gialle
Specchiar le altere e tenebrose spalle.

LXXIX.

Sorge il vertice orrendo, e un cupo rezzo
Gli fa coperchio tal, che agli Appennini
Non invidia l' orrore ed il ribrezzo,
Nè l' elci antiche e gli alti faggi e pini.
Poichè lassù si ritrovâr nel mezzo
Colle rete intricar tutti i cammini:
Tacque la turba allor nei primi agguati,
Poscia un romor s' alzò da tutti i lati.

Ecce autem, sylva e media (accepere sonantes
Venantum subito fremitus) simul agmine denso
Excitam cervorum aciem per devia volvit,
Praecipitemque rapit fuga caeca, metusque suburget.
It clamor coelo; luctantes vincula rumpunt
Arcta canes, rapidis voces dant cursibus alas:
Cornigerique fugam glomerant, et retia saltu
Tenta levi superant: magnos ramosa fragores
Cornua dant, flictuque sonant collisa frequenti.
Jamque adeo exierant, jam tota armenta per aequor
Sparsa ruunt volucri cursu: nec fulminis ignes,
Nec Gortyniacas velocius ire sagittas
Credideris: non sic tumidis aquilonibus Arctos
Vertice ab excelso laxas immittit habenas.

Unus erat toto ferus agmine, corpore vasto
Altius ingrediens cunctis; cui caetera vulgi
Turba subit, quanta lepus iret mole sub illis.
Hic vero (seu jam cursum fortuna regebat,
Pectore seu credas partem insedisse ferino
Divinae mentis, sensusque agitasse retusos)
Ut nemore excessit denso, liberque patentis
Arva soli pedibus tetigit; mox separe cursu,

LXXX.

Ed ecco entrando nella gran foresta
I cacciator vi portano scompiglio,
E una torma di cervi ecco si desta
Che fuggir tenta dal vicin periglio.
Ogni veltro la ormeggia e la molesta,
E s'ode intorno un fremito un bisbiglio:
Al frequente bociar l'eco risponde
Di quelle fosche e solitarie sponde.

LXXXI.

Salta, fuggendo, ogni inseguita belva
Le insidïose maglie ivi distese,
E stormiscon le piante della selva
Dalle ramose corna intorno offese.
Quanto ogni bracco nel cacciar s'inselva,
Tanto a fuggir sono all'aperto intese
Quelle misere fiere, e pajon strali
O al vento stesso le diresti uguali.

LXXXII.

Era un cervio fra lor di vasta forma
E che tanto s'ergea su gli altri audace,
Quanto è minore dell'intiera torma
Coniglio o lepre timida e fugace.
Sia caso, o sia che il ferin petto informa
Fiamma del cielo a cui tutto soggiace,
Come uscì della selva e come tenne
Libero la campagna, ei quà sen venne.

Praecipitique fuga, diversa per avia certum
Huc tenuit pavitans iter, hac se condidit umbra.
Longa canum dimissa cohors, pecus omne fugacis
Armenti indignans simul, atque ignobile vulgus
Ultro despiciens, rapidis hunc cursibus unum
Insequitur; tantum huic latratibus incita crebris
Instat, hiansque ciet morsus, atque increpat ore.

Sarmaticus raptor miseris pastoribus, illo
Forte die, armenti partem subtraxerat; et jam
Sub fago abluctos tauros numerabat opaca.
Ecce autem, adversum latus ut fera lumina torsit,
Cornigerum videt; et telum mox turbidus ingens
Corripit, atque alte suprema librat ab aure;
Inque feri tergum fugientis destinat ictum.
Librantem videre canes, quae maxima cervum
Turba sequebatur: primusque Lycaos acutis,
Insuetisque ciens latratus vocibus, agmen
Incendit totum; monstrumque inmane, relicto
Cornigero, incursu, rostrisque invadere suadet.

Digitized by Google

LXXXIII.

E venne trafelato, e palpitante
Quì si celò nel più riposto lato.
L' ignobil volgo che s' avean dinnante
Allor fu dai segugi abbandonato,
E contro questo solo in quell' istante
Volsero il corso rapido e affannato,
E coll' aperte fauci, e il lungo e forte
Latrar gli minacciavano la morte.

LXXXIV.

Lo Scitico ladrone avea quel giorno
Gran parte tolto ai miseri pastori
De' cari armenti, e al rezzo allor d' un orno
Enumerava gl' involati tori.
In quella, i torbi rai volgendo intorno,
Vide il cervio venir dal bosco fuori;
Tolse uno stral, l' arco alla guancia pose,
E il fuggitivo di ferir propose.

LXXXV.

Sbirciâr costui gli affaticati cani,
Che la belva inseguian ch' ivi s' aggira:
Primo fra gli altri coi latrati immani
Licao sospinse i suoi compagni all' ira:
E poi che molto non passâr lontani
Dal ladron che terrore e morte spira,
Lasciâr l' innocua belva, e sopra quello
Volser le aperte zanne a far macello.

Protinus una omnis, rapida velocius aura,
Condenso assultu, turba ingruit: Harpalos unus,
Quem pridem elisi sub saltibus Appennini,
Gloria tollit ovans, laetusque honor incitat apri,
Acceuditque animos, et saevas aggerat iras;
Prosilit, atque alios fugit ante elapsus: Amintor
Subsequitur velox: quem trux premit Hippasos: il-
(lum
Pheocome nato Lycida comitata rapaci:
Tum Lycabas, Dictysque sagax, et nare Lycetus
Utilis, Hylonomesque ferox, et fidus Araeus,
Et villosus Helops, et nigro pectore Tigris,
Alba Nape, at fuscis maculis interlita dorsum.
Tum, quos longa mora est numerare, sine ordine cur-
(sum
Immisceutque, ruuntque alii: ac simul agmine facto,
Tum primum horrifica pectus formidine quassum,
Turbatumque animo, et certae rationis egentem
Raptorem densa cingunt, rabidaque corona.
Ille fugam trepido frustra pede tentat: inanis
Tum labor omnis: hebent vires, animusque fatiscit:

LXXXVI.

Più veloce dell'aura a lui vicino
Si fa tutto lo stuolo, e l'urge e il fere;
Arpalo è l'un che sovra l'Appennino
Fama acquistò nello scovar le fiere.
Va rabbioso ei primier sull'assassino;
Segue l'esempio Amiltore leggere:
E quindi Ippàso intrepido e feroce
Gli fa guerra coi morsi e colla voce.

LXXXVII.

Ecco Fòcome inoltre, ecco il rapace
Licida che ringhiando a lui va presso;
Poi Licabante e Dittice sagace,
E poi Liceto e Ilomene indefesso.
Vien dopo il fido Arco, quindi l'audace
Villoso Elòpe, e gli s'avventa anch'esso
Il nero Tigri, e Nape a cui fa velo
Tinto di fosche macchie argenteo pelo.

LXXXVIII.

Confusamente alfin quanti eran bracchi
Convenner quivi, e numerarli è vano:
E preparati ai lor feroci attacchi
Cinsero a un tratto il malfattor marrano,
Cui fe' il timor gli spiriti vigliacchi
E di prender tentò la fuga invano;
Chè il piè gli vacillò, chè venne meno
Il lume agli occhi ed il coraggio al seno.

Vastificaeque manus defectae robore languent.
Nulla mali superest fuga; vis haud ulla periclo
Eximit: ultores adsunt: ultricia morsu
Stant circum ora canum: et jam laevo primus ab armo
Eurynomus dependet atrox, et dentibus uncis
Nunc fera terga fodit, nunc ilia laxa revellit.
Inde Lycus dextrum femur, Osborus inguina rictu
Dilacerant: subitoque omnis coit undique turba:
Hic trahit, hic mandit, fodit hic, eviscerat ille.
Sic obit ingentem nigrans concursus acervum
Frumenti, duro formicae longius ore
Cum cererem adsportant, et subterranea victu
Tecta replent, recoluntque hyemem parcuntque repo-
sto.
Jamque immane, ferox, turpe, atque inamabile mon-
strum
Morsibus horrificis lacerum jacet: effera gliscit
Tam magis ira canum, quam sanguinis unda cadaver
Trux magis atra lavit: certatim rostra cruenti
Visceribus condunt, et fibras dente lacessunt.

Digitized by Google

LXXXIX.

Caddero entrambo allora al ladron reo
Le crude mani, or senza moto e possa;
Quando scampo trovar più non potèo,
N' ebbe altamente l' anima commossa.
Per quanto male rapinando fèo
Or pagherà terribile riscossa,
Già Erinomo gli accarna il lato manco,
E l' epa e il dorso sbranagli puranco.

XC.

Quindi lo assale da la destra parte
Lico, e gli addenta Osbòro ambo le cosce:
Tutti alfin lo straziaro a parte a parte
Finch' ei spirò fra le più dure angosce.
Così circonda con mirabil arte
Stuol di formiche che il suo ben conosce
Un acervo di gran, che nell' interno
Grembo del suol serbato è per l' inverno.

XCI.

E già quel mostro in pria così fatale
La terra ingombra lacero ed esangue,
Nè de' veltri perciò la micidiale
Rabbia alcun poco s' ammansisce o langue;
Anzi s' irrita, dall' osceno frale
Spiacciar veggendo un fiume ampio di sangue,
E le zanne tuttora e i ceffi ansanti
Affondan nelle viscere fumanti.

Interea juvenum manus ardens, pulvere in atro
Signata alipedum passim vestigia servans,
Numine agente deum, gressus huc vertit anhelos.
Ut venit, viditque horrens, vastumque cadaver,
Adspectu obriguit primo, atque immobilis haesit.
At postquam informis diri praedonis imago
Cognita, truxque horror, feritasque apparuit oris;
Exiliunt, unaque exclamant: Vicimus (omnes)
Vicimus: insperatus honos, insigne trophaeum
Stant hodie nobis: praedae sat nostra superque
Lina tenent: Hetruscam hodie defendimus oram,
Mille animas ulti, mille oppida, mille rapinas.

Haec, et plura canunt: nemus assonat, antra resultant
Vocibus. At nequeunt expleri corda tuendo
Informes artus immaniaque ossa, trucesque,
Infossosque oculos, et semiferos adspectus.
Tum demum arrectae caput a cervice revulsum
Affiguunt hastae, et magni solaminis instar,
Ferre parant, praecone: Lopi! clamante per urbes.

Digitized by Google

XCII.

Giunsero allor sui corridori anelì,
Che colle zampe stampano il terreno,
I cacciator quasi il voler dei cieli
Mova la volontà, spiri il lor seno.
S' intesero rizzar sul capo i peli
Quel fral veggendo mutilato e osceno;
E a quella scena orribile e funesta
L' alito e la favella in lor s' arresta.

XCIII.

Ma come alfin conobbero l' aspetto
Di quel crudo all' orror che ne spirava,
Cessò la meraviglia ed il sospetto;
« E vittoria (gridaro) Iddio ci dava.
Seguì le brame non sperato effetto,
Nei nostri agguati strana preda entrava;
Oggi salvate abbiam l' etrusche spiagge,
Ed ulte omai tant' opere malvagge. «

XCIV.

Ai gridi di costor l' eco rispose
Dei boschi e delle prossime spelonche;
Nè staccàr gli occhi dalle sanguinose
Membra, e dall' ossa stritolate e cionche.
Più d' un consiglio quindi si propose
E deciser che il capo alfin si tronche,
E fisso a un' asta rechisi dattorno
A sollievo degli altri e a proprio scorno.

Haec memorans, subit ma heros, jugaque ardua montis
Monstrat inaccessi. Tum subsidentis opaco
Vallis (ait) nemori, modicam, pater, hanc viden' (oram?
Hic domus Alitibus coeli: si credere dictis
Agrestum fas est; qui, postquam semifer atro
Occubuit fato Lopus, inter frondea luci
Culmina, coelicolum voces, et laeta frequenter
Carmina, se dicunt, celeresque audisse volatus:
Jamque loci horrorem, nemorisque silentia nigra
Relligione sacri, sese expavisse fatentur.

Hactenus antiqui monumenta ostendimus aevi.
Huc modo flecte aciem, geminasque addisce sub alta
Rupe casas, tecta ornatu haud extructa superbo;
Qualia sed dudum promisimus. Haec tibi saevas
Defendent hyemes: spumantis brachia Cancri
Ibunt hic tepida, et miti Canis ingruet astro.
Ingredere o quaecumque vides; et vilia magnis
Aude, hospes, conferre opibus; gazisque superbus
His, contemne Hermi rutilas flaventis arenas.

XCV.

Poichè Guido così dell' inaccesso
Monte additato avea l' orrenda vetta,
Proseguendo sclamò: non vedi adesso
O Padre quella tacita valletta?
Ivi d' allor che dai mastini oppresso
Piombò su Lopo la feral vendetta,
Se i vicini pastor non furo illusi,
Gli Angioli stessi d' albergar son usi.

XCVI.

Ivi del bosco fra le querce e i mirti
N' odono i canti e il battito dell' ali,
E come stanza di celesti spirti
Quei luoghi sacri tengono e fatali.
Finor cose ed eventi io volli aprirti,
Che la storia vergò su i nostri annali;
Ma là volgi lo sguardo e mira i dui
Alberghi, che a te sacro e a' figli tui.

XCVII.

Poveri, abbietti son, ma son pur quale
Da molto tempo i' te l' avea promessi;
V' albergherai nella stagion brumale,
Vi sfuggirai del Cancro ai dardi spessi:
Novello ospite or v' entra; e se non vale
Il dono in sè, vorrei che tu l' avessi
In pregio tuttavia come un tesoro,
O se d' Ermo ti déssi or tutto l' oro. —

Orandes multis tam multa : Subasius heros
Contra pauca refert . O quis tibi digna vicissim
Praemia mortalis reddat ? certare merendo
Quis valeat tecum ? Nihil o , nihil hospitis ampli
Officio deest , nec quicquam tibi prorsus omissum est;
Francisco Orandes , fidei memor , omnia solvit .
Quid vero hic repetam , quantis tu laudibus olim
Hunc lucum extuleris ? quam nostris commoda votis
Haec antra , has umbras , haec aspera saxa probaris?
Et tamen haud fictor fandi , haud narrator inanis :
Quin hodie rerum parcus laudator haberis .
At sperare , tuis meme persolvere grates
Posse unquam meritis dignas , modo desine : tantum
Haec oculis divum atque hominum Sator adspicit aequis ;
Praemiaque , et meritos quondam tibi servat honores.

Haec pater . Orandes famulis tum rite vocatis
Discessum edicit : parent dicto ocyus illi .

XCVIII.

Poichè sì a lungo ebbe parlato Orando,
L' Eroe dell' Asio in breve a lui rispose:
— Chi potria de' mortali e come e quando
Te rimertar di sì gentili cose?
Oserei forse vincerti emulando
La cortesia che il trono in te ripose?
Nulla difetta al don; chè Orando diede
Al suo Francesco più di quel che chiede.

XCIX.

E che? dovrei ripetere, siccome
Quì ognor di tua virtù ragionerassi?
L' eco ripeterà spesso il tuo nome
In quest' ombre, in quest' antri, in questi sassi.
Ma di laudarti altrui lascio le some,
Che saria poco quanto ne parlassi:
E a me perdona, se con parchi accenti
I tuoi favori rammentar mi senti.

C.

Non dei sperar ch' io degnamente mai
Il possa far; sol Dio che da le stelle
Piega su questa terra i giusti rai,
Ti darà 'l premio di tant' opre belle! —
Tacque Francesco; e poi che il tempo omai
S' avvicinava di partir da quelle
Alpestri cime, Orando ai servi il disse,
Che celeri eseguir quant' ei prescrisse.

Jamque adeo, multa dicta, acceptaque salute,
Tyrrhenus carpebat iter laetissimus heros.
Franciscus vero subter frondentibus umbris,
Fagineaque domo, et saxi sub rupe cavata
Se locat, unaque accersit sub tecta Lyaenon.

Tum prior: Ecquid erit nostro jam parta labori
Hic requies? an nos iterum Dominator Olympi
Impulerit gentes petere, atque errare per urbes,
Perque humiles pagos, hominumque invisere mores?
Atque equidem, ni jam divina oracla vetarent,
Rupe sub hac (adeo quondam hic me concitat ardor)
Supremo optarem vitam componere fato.

Interea divum Genitorem flectere nobis
Sit precibus curae, et votis placare potentem:
Oremus pacem, et palmas tendamus utrasque.
Praecipue aetherei Genitrix pulcherrima Regis
Exoranda piis donis, animisque cienda est
Supplicibus: quippe ante alios haec una severis
Me monitis agitat, jussisque haud mollibus urget.

Digitized by Google

CI.

Quindi fur d' amistà scambiate e rese
Dolci proteste e teneri saluti;
E l' aretino cavalier cortese
Già torna donde prima eran venuti.
Intanto ad albergar Francesco prese
Quegli abituri solitarî e muti,
E in seno al melancouico recesso
Restò soltanto il buon Leon con esso.

CII.

Il patriarca allor: — quì forse il cielo
A noi lunghe promette ore tranquille?
O vuol che ancor sien meta al nostro zelo
Città superbe e ingloriose ville?
Ah! qui spogliarmi del terrestre velo
Qui al dì serrar vorrei le mie pupille,
Se più possente d' ogni uman desio
Nol vietasse il fatal senno di Dio!

CIII.

Il Nume intanto supplici e devoti
La notte e il giorno di placar sia cura,
Stendiamogli le palme, onde non vuoti
Il calice su noi de la sventura.
Poscia adorar dobbiam con doni e voti
La nazzarena Verginella pura,
Poich' ella sol coll' ammonir soave
Spira vento securo a la mia nave.

Haec me, posthabita dilecti rupe Subasi,
Cogit Tyrrhenas sedes, locaque horrida dumis
Incolere: atra canunt bella hic mihi, certa soporam
Somnia per noctem, fraudesque, minasque parari,
Terroresque graves, quos saeva innectit Erinnys.
Ergo animis contra, rerum in discrimine tanto,
Pervalidis standum est nobis; ac fortibus ausis,
Obtentis ultro capita objectanda periclis,
Quo nos cumque vocant Superi, revocantque, sequa-
(mur.

Primum autem stygii ne qua hostis tela venenis
Illita gorgoneis, sensus illapsa per imos.
Officiant animis; neve ossibus implicet ignem
Dira lues, facibusque exurat pectora caecis;
Tutemur lucum excubiis. Procul omnis abesto
Segnities castris: nobis hic ira furentis

CIV.

Spesso in sogno m' appare, e sì mi dice
Che lasci i gioghi del Subasio mio,
E che in questa solinga erma pendice
La vita meni supplicando a' Dio:
Spesso ancor favellandomi predice
Le guerre che durar quassù degg' io,
E mi rivela quanto reo governo
Farà di me lo scatenato Inferno,

CV.

Quanto gli assalti più saran crudeli,
Quanto e più grande e prossimo il periglio,
Tanto più la nostr' anima s' incieli,
E s' armi il cor di forza e di consiglio.
Su, non si teman gli avventati teli
Non l' urlo dei nemici, e il bieco piglio;
Regoli solo il cielo i nostri giorni,
Se vuol si vada, e se disvuol si torni.

CVI.

Poniam dunque ogni ingegno, onde quei dardi
Non infettino a noi di tosco il sangue,
Nè ci annebbi la mente e ci sgagliardi
L' alito reo dell' implacabil angue.
Vigile ognun di noi la selva guardi,
Fia preso il campo se si torpe e langue:
Attendiam qui il nemico, e qui il vedremo
Spuntar l' armi e cader di forza scemo.

Expectanda hostis : neque enim dare terga prementi ,
Tutum . Equidem vidi magnas (ubi vivida virtus
Insurgit , proque excelsis stat moenibus audax)
Saepe acies modico fusas cecidisse sub hoste :
Nil adeo non vi dura labor edomat ardens !

Verum , agedum , tempus jam spe praesumere bellum ,
Nam furere immanes reor hostes : arma parenus ,
Servemusque vices , et propugnacula castris
Densemus positis , firmemusque aggere vallum .
His animum exacuit pater , accenditque Lyaeni .

Annuus interea rediens , jam mensibus actis ,
Orbe dies pleno , praefulserat ordine mundo ;
Quo gentes , de more , piae , crucis aurea coelo
Attollunt signa , et solemnibus altius aris
Affigunt ; Regemque vocant divum , atque potentem
Servatorem hominum . Tum ipsius , carmine sacro ,
Facta canunt , laudesque ferunt : ut prima colubri
Praelia tartarei victor pugnarit , et ipsum
Oraclo esuriens trino confoderit hostem .

Digitized by Google

CVII.

Fuggendo scampo sperar non si debbe,
E fôra segno d'alma vile e ingloria.
Talor, se v'ha virtù cui non increbbe
Tutto soffrir per acquistarsi gloria,
Vidi uno scarso esercito che s'ebbe
Su nemico maggior piena vittoria:
Ogni uom, se pur viltà non lo conquide,
Fra mille rischi ancor gioisce e ride.

CVIII.

Or via, coraggio! Il tempo ecco s'approccia
Della tremenda formidabil pugna;
Freme il nemico, e l'armi onde ci noccia
Già tutte in campo or di spiegare agugna.
Togliam l'aste pur noi, cingiam la roccia
D'argini e valli, ond'ei lassù non giugna. —
In questa guisa il patriarca al saggio
Leone in cor solea destar coraggio.

CIX.

L'anno adducea frattanto il sacro dìe
Che più la Croce adorano le genti,
E con solenni riti e salmodie
Invocano il Signor che n'ha redenti:
E fra le lodi sue devote e pie
Nomar d'Averno vincitor lo senti,
E rammentar ch'esurïendo il vinse
Coll'oracolo trino e lo respinse.

Ut late errantes sub tecta reduxerit agnos ,
Pastorque , et custos vigil : ut rabida ora luporum
Usque premens , cohibensque , ultro se mille periclis
Obtulerit . Tu noctivagam , imperterrite , turbam
Armatamque cies : tu mactatoribus ultro
Te prodis , servasque tuos a caede clientes .
Ah , magnae , insontisque animae tua prodiga virtus!
Tu praecelsum onerans suspenso corpore malum ,
Transversum passis robur metire lacertis .
Te Stygis atra palus tremuit : mundique nocentis
Dux , horreus tua signa , imis se condidit umbris .
Nec te aerei vectes , nec te alta repagula valli ,
Portarumque morae , ambiguum, aut rationis egentem
Detinuere illic : quin tu praedator Averni ,
Ingruis , atque atro , centena in vincla petito ,
Deripis exuvias , et tergora detrahis angui.

Digitized by Google

CX.

Custode il salutavano e pastore
Che il gregge errante al fido ovil ridusse,
E sprezzando i perigli ed il dolore
D' Erebo i lupi impavido percusse.
Tu (proseguian) ti désti al traditore
Che contro te notturne schiere addusse,
Tu dell' uomo a mutar l' antica sorte
Volasti in braccio a chi ti diè la morte.

CXI.

O suprema virtù, che ti facea
Sprezzar la vita per donarla altrui!
Su infame tronco la perfidia ebrea
Volle inchiovati e fissi i membri tui:
Allor si scosse l' infernal vallea,
Tremò l' imperator de' regni bui;
Ed all' aspetto delle tue superne
Insegne si celò fra l' ombre eterne.

CXII.

Caddero innanzi a te spezzate e infrante
Le rugginose sbarre e l' atre porte,
E vincitor tu procedesti innante
Fra l' ampia selva delle genti morte.
Tu con ceppi di bronzo e d' adamante
Avvincesti Satanno, e col piè forte
Indi schiacciasti a lui la testa altera,
Tornando al ciel coll' immortal bandiera.

Inde pias animas sub luminis evehis oram.
Salve, o Progenies magno, salve, aequa Parenti:
Et tua sacra hodie, devictaque bella canentes
Adspice nos, felixque veni, et rege numine fausto.

Haec terris late resonat dum carmine sacro
Gens pia, supremi per magnas aetheris aulas
(Qua Pater omnipotens divum, spectabilis aurea
Luce, sedet medius; subterque meantia circum
Sidera prospectu fovet; ac discordia magni
Foedere perpetuo componit semina mundi)
Coelicolas nova pompa ciet: nova gaudia tentant
Aligeros coetus. Et jam puer arduus ibat,
Totus collucens, laceroque in veste sub ostro
Aurata increpitans, radiisque micantibus ardens;

Digitized by Google

CXIII.

E dove appunto non tramonta mai
Il dì sorriso del divino raggio,
L'alme pie ti seguivano, ch'assai
Caro pagâr laggiù l'antico oltraggio.
Salve tu dunque che alla destra stai
Figlio al Padre coegual, coeterno e saggio;
Deh ci sorridi, e di celeste aita
Siaci tu nel cammin di nostra vita!

CXIV.

Mentre in tal guisa qui fra noi s'immeggia
Al segno redentore e trïonfale,
Di festosi alleluja intorno eccheggia
Il superno del ciel regno immortale;
E di nuovo fulgor brilla la reggia
Donde al suo gran voler slegando l'ale
Dio governa le stelle, e con supremi
Accordi unisce delle cose i semi.

CXV.

A novello ineffabile piacere
Ciascun s'atteggia degli alati Cori,
E un angel sorge fra le belle schiere
Più bel degli altri in mezzo ai suoi splendori.
Ricopre il corpo mobile e leggiere
D'oro e bisso listato a più colori,
E sfavilla ne' rai, siccome suole
Quand'esce fuor de la marina il sole.

Aurea cui roseam stellis implexa corona
Nectit caesariem , et sacra tempora taenia cingit ;
Purpuream in nodum clamydem collegerat auro .
Hic crucis auricomum , et flammantem sanguine ma-
(lum ,
Aetheraque immensum radiis simul illustrantem ;
Attollens , pompae , totiusque ordine gentis
Ductor ovans , ultro subit ; ac se praevius infert .
Tum vero Alituum pariter gens tota , choreis
Extemplo in morem structi , signa alta ferentem
Subsequitur , Regemque canit , Regisque triumphos
Aeternos ; sed praecipue praeconia sacrae
Vocibus attollit crucis : aurea tecta resultant ,
Et late ingentis reboat plaga fervida coeli .
Ut vero ante Patris conspectum , atque ora canentes
Evasere acies , thiasos circum agmine fuso ,
Plauserunt de more hilares : tum rite sedentes ,
Ter trinis cinxere choris solia aurea , Regique
Ostendere crucis robur spectabile sacrae .

CXVI.

Il biondo crin ferma con gli astri, e cinge
Di vago nimbo la divina testa;
Ed un aureo fibbial riprende e stringe
Le pieghe a lui della volubil vesta.
E sostien colla mano e in alto spinge
Il sacro legno intorno a cui si desta
Novello incendio di siderea luce,
Ed è dell' altre squadre alfiere e duce.

CXVII.

Così dietro al santissimo Vessillo
Si muovon tutte a piccoli intervalli,
E dell' eterie tube al dolce squillo
Intrecciano fra lor carole e balli.
Cantano il Re per noi fatto pusillo,
E la Croce u' moria pei nostri falli:
Ride a questi inni l' immortal soggiorno,
E i cento echi del ciel suonano intorno.

CXVIII.

Quando però l' esercito divino
Stette al cospetto del supremo Padre,
Il canto lor si fè più pellegrino,
E le danze più mobili e leggiadre.
Poi del suo trono assisersi vicino
Ben distinte in nove ordini le squadre;
E al Re mostraro il benedetto legno
Che del riscatto umano è fatto segno.

At Genitrix Nato coram, pulcherrima Virgo,
Adstat: eam pepli mirus velabat amictus;
Fulgore irradians orbis, cava tempora circum,
Aureus, et vario flammantes ordine gemmae
Suggestum aeterni diadematis attollebant,
Regni insigne sacrum, et capitis venerabile tegmen;
Obtulerant Divae quae cuncta Subasides olim:
Et mentem aversam, atque irati pectoris aestus
Supremi tanto placarant munere Patris.
Virginea tum sic Nato Dea voce loquuta est.

Nate, dies ostentum ingens, quod mente recondis,
Haec rite expectat: namque hac magis apta novandis
Vulneribus quae, nate, tuis? Age, tu bonus altas
Cerne hodie terras. Sanctae viden' agmina gentis,
Quam laetis tua facta canant, tua praelia dicant
Vocibus? utque tui late micet alta trophaei
Gloria, et astrigero tollat sese inclyta coelo?

CXIX.

La Verginetta che del sommo Fabro
Fu madre, anch' essa presso al figlio stette;
Un peplo tinto d' oriental cinabro
Ricopre a lei le membra benedette;
E un legame di gemme e d' oro scabro
Le tien l' anella de la chioma strette,
E le adombra la testa un dïadema,
A mostrar che è del ciel donna suprema.

CXX.

Cinta così dell' immortal ghirlanda
L' effigïar dell' Asio un dì le donne,
Allor che Dio slegò l' ali a nefanda
Peste, e l' Italia sì gran duol provonne;
Ed esse l' ira sua reser più blanda,
Con meste ciglia e con dimesse gonne;
Recando un voto all' alma genitrice,
Ch' ora al figlio si volge e così dice.

CXXI.

— Caro portato, questo dì far debbe
Che un desir tuo segreto alfin s' appaghe:
Nè a rinnovar tempo miglior s' avrebbe
Il gran portento delle cinque piaghe.
Mira laggiù: sfuggir mai ti potrebbe
Il suon delle tue lodi eccelse e vaghe?
Non vedi come onorasi la Croce,
Su cui spirasti già l' estrema voce?

Digitized by Google

Tuque adeo victor, debellatorque vocaris
Eumenidum; meritique tibi instaurantur honores;
Quin etiam (et tamen his nil majus, Nate, creatum
Per te usquam est) coetus simul, et tota agmina nostrae
Gentis, ad haec hodie solemnius undique tecta
Conveniunt; laetoque ferunt victricia cantu
Signa. Vides circum intentis ut vultibus omnes
Mandata expectent. Quid tantis deficit orsis?
Nempe Subaseus monitis non aspera nostris
Heros cornla gerens, jam tum capita ardua saxi
Hetrusci moerens tenet, antraque vocibus implet;
Et gemitu nemora alta ciet, veniamque precatur.
Tu modo flecte oculos (pepli velamina pandit,
Fata viri monstrans) simul haec, Nate, adspice (vates
Num frustra haec rubro cecinit monumenta sub antro?)
Da tandem rata sint: da vivo in corpore gentes
Monstra piae haec spectent jam denique perfode quinis,
Nate, Subasaeum telis heroa; notasque
Membris, signa tuae stellantia mortis inure.

CXXII.

Da cento lingue sei laggiù nomato
Vincitor de la Morte e dell' Inferno:
E questo di bei spirti innumerato
Esercito immortal ch' io quì discerno,
Sì, questi che già fur pria del creato
Mondo creati dal tuo amor paterno,
Or quivi adoran con solenne rito
Il segno in terra e in ciel sì riverito.

CXXIII.

Li scorgi intorno cogli accesi sguardi
Starsi attendendo quanto lor tu accenne.
Or che il prodigio ad eseguir più tardi?
D' etrusco monte in cima ecco già venne
L' asisio Eroe, nè mosse i passi tardi,
Poichè il mio labbro a lui comando fenne.
Odi or su quelle balze erme e selvagge
Quanti voti e sospir dal petto ei tragge.

CXXIV.

E quà ti volgi, o figlio, (e il peplo svolse
Ov' eran dell' Eroe l' opre segnate;)
Tai cose indarno a profetar già tolse
Di Sasso Rosso il tuo diletto Vate?
Veggansi in lui che morte ancor non colse
I santi effetti della tua bontate:
Trafiggi le sue membra e imprenta in quelle
Le cinque piaghe, anzi le cinque stelle. —

Mater ab his tacuit : placido mox ore , tacenti
Filius haec . Non me (nec tu id rere) effugit, olim,
O Genitrix , nostrum quam multis nocte petisti
Heroem monitis : vidi quibus ipsa fatigas
Sopitum imperiis : vidi illum denique , montis
Hetrusci sub rupe cava , suspiria tristi
Eructantem anima , et gemitu nemora alta cientem .
Nec mihi fata viri , Rubrique oracula Saxi
Excessere animo : mea nec sententia quicquam
Versa retro , o Mater . Ne tempora longa morarum
Finge : hac fata tenus , fatorumque ultimus ordo ,
Ostentumque ingens , ostentiferique diei
Occuluere ortum : magnique haec rite Parentis
Nutus , ad extremos spectacula distulit annos .
Nunc quoniam monet alma dies, jamque ipsa vocat res,
(Haud mora longa) feret mea signa Subasius Heros.

Sic Natus : facili dehinc numine dicta sequutus ,
Annuit : attremuere ingentis moenia coeli ,
Atque una excussis micuerunt agmina pennis
Alituum , circumque assultavere choreis .

CXXV.

Quì fine al dir la bella Diva pone,
Quando il Figliuol di subito rispose:
— M' è noto, o Madre, quel ch' al mio Campione
Da te più volte in visïon s' impose;
Lo vidi, come è tua ferma intenzione,
Restar d' Alverna fra le rupi ombrose,
L' udii lassù co' suoi sospir dolenti
Destar pietate ai boschi, ai sassi, ai venti.

CXXVI.

L' oracolo che già di Sasso Rosso
Il profeta rendea, m' è in petto sculto;
Quanto è destino revocar non posso,
Usibus hunc lucum ; nos ut perduxerit ipse
Huc , iter ingressus , placidus comes ; utque per altos
Deducens scopulos , veterum monumenta locorum
Singula monstrarit passim ; utque edixerit olim
Haec antra immanes , foedosque habitasse colonos .

Jam vero hic meme tempus monet , acribus ultro
Vos onerem jussis: transcribi , agite , ordine quondam
Haec date perpetuo vestrorum , dicta futuris
Natorum natis , et qui nascentur ab illis .

XLI.

Or tu, sorgi fra noi, che un giorno canti
Gli egregi fatti del pietoso Orando,
E questi doni sì diversi e tanti
Vada pur co' tuoi carmi altrui narrando!
Narra tu, come miserelli erranti
Ci accolse in dolce ospizio e memorando,
E come scosso dal mio dir largìo
Le sue dovizie ai poveri ed a Dio.

XLII.

Devi inoltre cantar, come ei concesse
A noi tutti ed a quei che un dì verranno
Quest' antri e queste selve aspre e inaccesse,
Ch' ognor sacre a' nostri usi esser dovranno;
E come ei stesso il nostro piè scorgesse
Per questi luoghi non curando affanno;
Come additonne ogni memoria, e disse
Che gente cruda e barbara quì visse.

XLIII.

Ma il tempo infaticabile le penne
Batte e stagione di partir n'adduce
E più salubre avviso e più solenne,
Vi lascia il vostro istitutore e duce.
Orsù; quanto desio di dir mi venne
Serbate infin che a voi basti la luce,
E da voi passi ai figli più remoti,
Dai figli passi agli ultimi nepoti.

Quis vestrum ignorat (neque enim facta inclyta clarae
Lucis egent) nobis dudum quam larga pararit
Hospitia Orandes ? quantisque profusus egenos
Juverit auxiliis ? genti quae spondeat olim
Dona Subasaeae ? Verum quanto amplius ille
Muneribus certat , nos tanto impensius aequum est
Consulere angustis rebus ; totius et usum
Devitare penus . Tum multa expendere fas est
Quid cultus vitae insuetus , moresque recentet ,
Quid Superis promissa fides ; quid denique poscat
Aurea paupertas : ne quondam , prodigus heros
Dum nimium indulget vobis , insana cupido
Oris inexpleti , semperque rapacis , hiatus
Praepandens avidos , nostri vi limine regni
Prodat eam , et longe depulsam absistere cogat .
Quare , agite , oblatis omnina parcite rebus ;
Parcite opes tanti magnas petere hospitis usu ;
Neve animis sedeat tam dira licentia vestris.
Me vero (quondam sic namque oracula divum
Sancta canunt , reditumque mihi praenuntiat ore
Virgineo Regina poli) laeta arva Subasi
Nunc reducem accipient : fato haec me terra reposcit .

XLIV.

E noto dunque a tutti voi (chè chiara
Luce si spande sulle belle imprese)
La cortesia d'Orando unica e rara,
Con cui la mano liberal ci stese.
Sapete quai maggior grazie prepara
A quella gente che dall' Asio scese;
Ma quanto più ne dà, tanto più voi
Non dovete abusar de' doni suoi.

XLV.

Quindi giovi librar, che mai la vita
Più casta e intemerata a render vaglia,
Che la fè nostra a Dio può far gradita,
E con quali armi Povertà n' assaglia.
Se Orando porge a voi soverchia aita,
Fate, che Gola tanto non prevaglia,
Che quella Dea per non parer dispetta
In faccia alla rival sen fugga in fretta.

XLVI.

Fate dunque del don risparmio, e parchi
A dimandar le sue ricchezze siate;
Nè licenza sì rea d' onta vi carchi,
Tal che ne indegni la futura etate.
Or poi, se Dio, se Quella me ne incarchi
Che il ciel fa innamorar di sua beltate,
Al Subasio gentil farò ritorno:
Il mio fato mi chiama a quel soggiorno. —

Hic tandem, facta jam tantis fine Lyaenon
Sic brevibus monet. Unus ades mihi fide: laborem
Tu longae solare viae: ne desere: lasso
Tu columen, membris custos tu sedulus aegris.

Haec memorat: lacrymis suffusos undique pubes
Circumstat defixa oculos; tristique tumultu
Abscessum patris deplorantatur acerbum:
Quam bonus ipse manu sacra lustrabat, et ore;
Accinctusque dabat moestis, de more, salutem.
Sic, ubi pastor agens alta ad dumeta capellas,
Matribus adjungit, septisque intercipit haedos
Invalidos, et quos jam cultris destinat atris:
Depulsum gemit, et balatus objice clausum
Dat longos imbelle pecus; frustraque petulco
Ore vocat matrem; frustra ubera nota requirit.
Ergo iter ingressi, paulatim culmina montis
Suffugiunt, comitumque oculos magis usque fatigant.

Est inter tetricos modico lucus aequore colles
Protentus, saxisque horrens; qua gurgite Tybris
Parvus adhuc, fluvioque brevis, perque aspera pronum
Saxa ciens cursum, stringit non grandia lapsu
Moenia praecipiti; plebes quam dicitur arbem
Tusca sibi, nomenque suum sacrasse coronae
Aethereae, et longos positam coluisse per annos.

XLVII.

Al dir quì pose fine, indi a Leone
Brevemente soggiunse: Or tu mi sia
Sostegno agli egri membri, astro e timone
In questa lunga e faticosa via.
Tacque: allor tutti in flebile sermone
Francesco salutâr che si partia,
Ed ei lor disse vale in atto umano,
E poi segnolli colla sacra mano.

XLVIII.

Tal se pastor le capre al monte caccia
Lasciando i parti che al macel destina,
L'imbelle gregge delle poppe in traccia,
Distende il muso, e bela e si tapina.
Que' duo frattanto con giuliva faccia
Prendon del calle e scendono la china;
E dietro lor che s'allontanan ratti,
Stanchi i compagni a riguardar son fatti.

XLIX.

È un luogo in breve pian cinto da boschi
Alto e sassoso, donde il Tebro sbocca
Umile e scarso ancor fra balzi foschi,
Che non ampla città lambisce e tocca.
Fu stanza un giorno de' più antichi Toschi,
S'egli è ver quanto va per ogni bocca;
E il benedetto nome ora le dona
Quel Divo ch'è del ciel prima corona. (1)

Quo postquam ventum est, veteris pater hospes amici
Aedibus excipitur noctis: tum corpora curant
Una heros, sociusque epulis, placidaque quiete.

Vir fuit hic, cui tota (horrens, ac flebile monstrum!)
Viscera flumineo suffusa liquore tumebant,
Flammeaque ardebant: largis nec potibus ardor
Cedebat: tam quippe vocant mage pocula fauces
Flagrantes, quam plena illi magis ora redundant,
Et tumor increscit miseris, humore refuso,
Artubus. Ergo atros luctus, saevasque querelas
Tantum ille ingeminat, crudelia numina dicens,
Crudelesque moras lethi, crudeliaque astra:
Paeonias frustra tentatas devovet artes,
Et frustra expertum toties, frustraque vocatum
Odit Phillyriden, medicasque avertitur herbas.
Audierat tamen hic clari memorabile nomen
Francisci; nec non pridem facta inclyta norat.
Mox ergo (hic primum spes quando oblata salutis)
Ultro animi fidens, arrectusque omine tanto,
Poscit opem patris: invitis nec jam irrita vota
Numinibus versat. Namque ut bonus adfuit heros,

Digitized by Google

L.

Fur giunti appena, che d' un vecchio amico
Trovaro ospizio nei già noti lari,
Ov' ebber lauta mensa ed un pudico
Letto, finchè le cose il sol rischiari.
Ivi era un uomo, che per morbo antico
Turgea d' umori cristallini e chiari;
Nè per quanto di linfe ei hebba ognora,
Il foco s' estinguea che lo divora.

LI.

Anzi più ne rigurgita e n' abbonda,
E più il labbro sitir d' acqua rassembra,
E intanto la soverchia e putrid' onda
Enfiando vizia le dolenti membra.
Alza il meschin la voce gemebonda
Fra l' ansie del dolor che in lui s' assembra;
Chiama gli astri crudeli, empia la sorte,
E accusa di lentezza anche la morte.

LII.

L' arti peonie esécra invan tentate,
Quanto l' affanno suo più s' inacerba;
Odia chi altrui promette sanitate,
E ogni farmaco abborre o medica erba.
Ma il nome di Francesco e le lodate
Sue gesta udì; quindi la speme ei serba,
Che rivolgendo a lui supplici accenti,
Possa trovar ristoro ai suoi tormenti.

Ut tetigit ; simul utque sonos demurmurat ore
Coelestes , lustratque manu (mirabile dictu !)
Continuo cessitque dolor , cessitque refusa
Alluvies ; una omnis abit tumor ; et decor artus
Mox aequalis obit , redeuntque in pristina vires .
Mirum, insuetum, ingens, diviumque undique turbae
Attonitae circumspiciunt opus . Ille ubi firmo
Nequicquam titubans gressu stetit : Haec mihi forma
Vera ne ? (ait) vivo ne ipse ? an suprema dolores
Forte meos lux exausit ? vivo ipse profecto :
Nec ludunt umbrae : deus haec agit : haec ope divum
Proveniunt , nosco : humanae non talia vires
Dona ferunt : tua , sidereae , pater optime , lucis
Quae radiis micat , et praeclaris fulgurat , astris ;
Fudit opus magnum , nullos majora per annos
Non fusura manus : virtus latet enthea palmis .

LIII.

Ei prega e par che il ciel suo prego udisse,
Chè appena il Padre a lui volse le ciglia,
Appena lo toccò, lo benedisse,
Ch' ogni malor disparve, oh meraviglia!
Ecco, cessa il turgor che sì l' afflisse,
Mentre la gota a lui si rinvermiglia;
Già torna a rinfiorar nuova salute
Il corpo che le forze avea perdute.

LIV.

Stupefatte a mirar le genti vanno
Il divino e ineffabile portento,
Ed ei sgravato del primiero affanno
A rizzarsi su i piè non fu già lento;
E disse: questa forma è forse inganno?
Son vivo? ah sì! che vivo ancor mi sento:
Sento, che un vano error già non m' illude,
Ma certo mi salvò del ciel virtude.

LV.

E sol potea più che mortale ingegno
Il morbo risanar perch' io gemea;
L' uomo solo d' oprar non è già degno
Cosa che passa ogni finita idea.
Ottimo padre, la tua man che segno
Stette ai strali del ciel tanto potea;
E più potrà nella ventura etade,
Chè divin foco l' anima e l' invade.

Haec vir fatidicis memorabat vocibus. Heros
Discessum interea molitus, rite tenebat
Certus iter: fidus curis, animoque Lyaenus
Olli non impar, ibat comes, illius ore
Multa legens monita, atque imo sub pectore condens.

Et jam devexo rutilans temone, rubentes
Phoebus Atlanthaeas currus urgebat in undas;
Cum medio ecce viae (venturum nuntia passim
Fama heroa canit) sese fert obvia patri
Turba virum. Hi miseram stipantes undique matrem,
Usque adeo cingunt mediam denso agmine: jamque
Multa recusantem, et contra simul obnitentem
Vi raptant juvenes: et ni fera brachia vinclis
Arctassent duris, manibusque in terga retortis
Astu praedomitam cepissent; protinus illa
Emicet effugiens, pubemque elapsa relinquat
Delusam, repetatque cavas de more latebras.

Digitized by Google

LVI.

Con fatidici detti il risanato
Così parlò fra il popolo concorso,
E Francesco da lor preso commiato
Ricominciò l'abbandonato corso.
Il suo fido Lion gli giva a lato,
E di conforto gli era e di soccorso,
Mentre udia dal suo labbro alti precetti,
E interpretava i più nascosi affetti.

LVII.

Già il suo timon declive al mar d'Atlante
Piegava il sol; quand'ecco a mezza via
Gran stuol di gente trafelata e ansante,
Che al romor di sua fama a lui venìa.
Misera donna gli recava innante
A cui fa guerra orribil frenesia;
E con repulse e insoliti conati
S'argomenta fuggir da quegli agguati.

LVIII.

Però con dure e ruvide ritorte
Stringono ad essa le convulse braccia,
E alfin la portan colle mani attorte
Di retro al dorso dove più lor piaccia.
Altrimenti schernito avria le scôrte,
Ed a voto mandata ogni minaccia,
Saria gita fuggendo in antri e in selve
Per albergarvi in compagnia di belve.

Digitized by Google

Hanc juveni inviso jampridem (ea fama) jugarat
Primaevam durus genitor : vesana subinde
Illa atros sine luce dies, noctesque soporis
Immunes, lacrymis, luctuque incestat amaro.
Hinc pater, hinc genitrix, et quae fuit una sorori
Chara soror, blandos monitus, solantiaque ultro
Verba ferunt : aversa modum, finemque gemendi,
Abnuit illa, Patrique deum convicia magno
Dira facit : jamque e stygiis furialia regnis
Monstra ciere parat, seseque immanibus hydris
Destinat Eumenidum : nec dehinc mora : nocte silenti
Exsurgens furibunda, domo se proripit, altasque
Evolat in sylvas, obscuraque lustra ferarum.
Dumque amens, animique furens caeca antra requi-
(rit ;
Terricrepis ardens facibus, crudelis Erinnys
Improviso adstat, coramque insultat, et atris
Anguibus hirsutum quassat caput, et fera jactat
Vipereis circum spiris data brachia : moti
Cervices alte subito erexere cerastae,
Et linguis sonuere atrum, et micuere trisulcis.
Constitit infelix visu perterrita virgo
Immani : obrignere oculi, cervixque repente ;
Perque artus, perque ossa tremor subit intima quas-
(sans ;
Frigidus it toto proruptus corpore sudor.

LIX.

Fama correa, che il genitor donolle
A marito un garzon che non amava;
Quindi le notti e i dì querula e folle
In fiero lutto e in lacrime passava.
I parenti e la suora indarno volle
Lenir coi detti il duol che ognor s' aggrava:
Tutti i conforti loro essa ricusa,
E con blasfemie orrende il nume accusa.

LX.

Decide alfine d' evocar d' Averno
Le rie potenze e lor sacrarsi appieno,
E già sorge fra l' ombre, e dal paterno
Tetto fuggendo va dei boschi in seno;
Là per spelonche e nell' orror più interno
Corre senza ragione e senza freno,
Quando al baglior delle tartaree tede
La cruda Erinni a sè dinnanzi vede.

LXI.

Crollò costei gli angui del crine, e scosse
Le braccia avvolte di viperei nodi;
Sibilarono allor l' idre commosse
E le lingue vibraro in fieri modi.
Abbrividì la misera, nè mosse
Ciglio, nè voce articolar più l' odi;
Quindi un convulso tremolio l' assale,
E distilla un sudor freddo e mortale.

Digitized by Google

Tum vero incoepti piget, et furialibus ausis
Poenitet addixisse animum: jam vocibus altis
Multa hominum ciet auxilium, veniamque precatur
Numina: rebus inops at sero consulit aegris.
Quod superest, trepidat: trepidantem corripit ultrix
Eumenis; extemploque ciet Phlegetontis ab undis
Monstrorum omne genus: legio advolat ilicet atra;
Invaditque, trahitque aegram, furiatque venenis
Vipereis mentem, poenisque exercet amaris.
Non tam immane Athamas, non sic ululavit Agave;
Penthea discerpens haec, ille ad saxa Learchi
Dura, ferox, caput effringens: jam cede furores
Mitius Orphea Ciconum exarsisse putares.
Perfurit ergo amens, poenisque afflicta cruentis,
Bacchatur; si qua stimulos, acresque furores
Excutere infelix lymphato e pectore possit.
Ex illo turbas hominum, sacrataque divum
Templa cavet; veteres jam tum exhorrescit amicas:
Horrescit sedes, et limina nota parentum:
Caeca latens fovent antra die, solosque recessus;
Nocte insopitam, subter rorantibus umbris,
Excipiunt arva, aut horrentia lustra ferarum.

LXII.

Le increbbe allor del fallo e si pentio,
E chiese indarno agli uomini soccorso,
Chiese perdono inutilmente a Dio,
Chè tardo è il pentimento ed il rimorso.
Già la Furia l' investe, e a far più rio
Suo strazio ogni infernal spirito è accorso:
L' empia legion l' invade, e tosco ed ira
E disperata angoscia in cor le spira.

LXIII.

Contro Learco non urtò Atamante,
Nè così Agave in lacerar Penteo,
E non fu sì crudel l' odio baccante
Quando nel sangue si saziò d' Orfeo.
Essa folleggia e fra le ombrose piante
Trae seco il duol che misera la feo,
E tenta indarno nell' invaso core
Addormentar gli stimoli e il furore.

LXIV.

Sin da quel dì torse lo sguardo e il piede
Dai sacri templi e dalle sedi antiche,
Sin da quel dì conforto ella non chiede,
Anzi rifugge dalle care amiche.
Sta negli antri di giorno, e quando riede
La notte, in mezzo ai vepri ed all' ortiche
Si turbina, o pei campi giù discende,
Ed alle fiere il lor covil contende.

Interea agrestum coetus si forte repertam ,
Aut consanguinei deprensam in vincla petissent ,
Assuetaque domus statuissent sede revinctam ;
Continuo horrificis ululatibus omnia complet ,
Congeminat fletus , lamentisque instrepit atris .
Nunc vero lugubre canit , nunc voce fragores
Terricrepos coeli , pelagique imitante procellas ,
Tecta domus quatit , et tonitru simul aethera pulsat .
Hanc ergo implicitam loris , atramque frementem ,
Spumantemque oris victum , atque ardentia flammis
Lumina torquentem , pubes collecta trahebat ,
Sistebatque patris pedibus venientis , et oranS
Auxilium miserae poscebat : quippe salutem
Fama canens opera alta viri , dextramque potentem ,
Et matutini praecurrens nuntia facti ,
Nequicquam ambiguam quondam sperare monebat .

Constitit , obtutuque heros hic providus haesit ;
Moxque infelicis sortem miseratus iniquam
Matris (ea haud homini vis est , haud tanta potestas ,
Haud res ipsa ingens aequa est mortalibus ausis)
Attollens coelo palmas , sic voce precatur .

LXV.

Ma dei villici in man se talor cade,
Se con funi l'avvincono i parenti,
Fa di strida sonar quelle contrade
E raddoppia il suo pianto e i suoi lamenti:
Or flebil canta da destar pietade,
Ed or con aspri e romorosi accenti
Imita il mar che mugge, il ciel che tuona,
E orribilmente la magione introna.

LXVI.

Strascina dunque il popolo costei*
Sozza di bava e i rai tinti di bragia,
E pregando Francesco onde a que' rei
Spirti la tolga, innanzi a lui l'adagia.
Certo si spera il fin di tanti omei
Per l'infelice femmina malvagia,
Poichè corsa la fama era dicendo
Quanto egli oprato avea già di stupendo.

LXVII.

Si soffermò su lei, fissò lo sguardo
Tosto che fu di sì gran caso accorto,
E in quel sen che a pietà non mai fu tardo,
Subito senso di pietade è sorto.
Braccio umano non è così gagliardo,
Che recar possa a tanto mal conforto;
E quindi al cielo alzò le mani, e fece
Questa solenne e fervorosa prece.

Magne Opifex rerum, Domitorque ingentis Olympi;
Alitnum quem mille obeunt famulantia circum
Aguina; cui vastos steranut maris aequora fluctus;
Cui paret tellus, metuit quem Tartarus ingens;
Quem Furiae, quem rex Erebi implacabilis horret:
Adspice nunc, ut monstra tuis acherontia regnis
Insultent: viden', aethereo quas semine fictas
Tu solus Genitor terreno obumbis amictu,
Ut coelo avertant animas, passimque sub undas
Detrudant stygias? Quin, heu! modo corpora poenis
Afflictant diris miserorum, et verbere quassant;
Vipereisque hebetant mentes, furiantque venenis.
Hen! quinam foedis tam saeva licentia monstris?
Quidve tuam luere atra sinis, Pater optime, gentem
Supplicia! at merita est rea culpae, et criminis. Esto;
Sed tu non ne olim veniam bonus objicis ultro
Sontibus? indulgesque reis? et gratia vulgo
Dona super, tantum pacem exposcentibus, addis?
Ergo animis si cura hominum coelestibus ulla est,
Si qua hodie pietas antiqua tuetur ab alto
Aethere mortales aegros; hanc adspice matrem
Nunc, oro, et miserae da tandem evadere pestem
Crudelem, o Genitor, monstrosoque eripe fato.

LXVIII.

— O sommo Fabbro che dell' alte sfere,
E delle squadre angeliche hai governo,
Tu che fai vacillar col tuo potere
La terra, il mare e il regnator d' Averno;
Or mira come le tartaree schiere
Prendono l' uomo e te medesmo a scherno,
E come l' alme che di fral vestisti
Caccino ai regni disperati e tristi.

LXIX.

Anzi contempla quanto strazio fanno
Coi viperei flagel dei corpi nostri.
Perchè tu soffri un sì crudele affanno?
Perchè tanto permetti agli empi mostri?
Le colpe forse a noi tal pena danno.
Sia pur; ma dai stellati eterei chiostri
Tu non scendesti nunzio di perdono
A quanti dell' error fra l' ombre sono?

LXX.

Non se' tu che concedi a chi l' implora
La pace tua, la tua superna grazia?
Deh! se cura si tiene in ciel tuttora
Di chi su questo suol respira e spazia;
Se lassù la pietate ancor s' onora,
Mira come costei s' ange e si strazia;
La salva tu, o Signer, dal reo flagello,
Storna questo da lei fato rubello. —

Sic orat : furit illa , gemit , stridoribus altis
Exululat; tum mole ingens, atque ardua, praecepsque
Heroem petit ; ut quondam Tyrinthius ardens
Irruit in Cacum , aut quantus Polyphemus in Acin .
At Pater intrepidus furias deridet inanes ;
Ingeminatque preces , supplexque in vota vocatos
Sollicitat divos , atque acrius instat , Erynnin
Increpitans . Et jam legio tremit effera ; jamque
Mitius intus agit , cedutque , ruitque , fugamque
Praecipitans , acri vi tandem exterrita , matrem
Deserit , et vasto tonitru simul aethera quassat .

Illa hic submissoque gradu , excussoque furore ,
Corruit ; extemploque artus labefacta resolvit
Exangues . Jacet , haud ullo sub pectore motu
Spiramenta cieus : quondam ceu fessus arator ,
Seu sub glandiferae frondoso tegmine quercus ,
Sive sub incurvo scruposae fornice rupis ,
Deprensus nimbo , cadit atro fulmine quassus .

Digitized by Google

LXXI.

Sì prega: ella frattanto ulula e stride
E colle vaste membra a lui s' avventa,
Come su Caco si slanciava Alcide
Fin che l' ira e la vita in un gli ha spenta;
O come Polifemo allor che uccide
Aci che un fonte limpido diventa:
Ma il Patriarca intrepido delude
Le furie di costei barbare e crude.

LXXII.

E raddoppia le preci, ed in sì strano
Cimento fervoroso invoca i Santi;
Poi l' Erinni minaccia e non invano,
Mentre la vede a sè tremar davanti.
Già la fiera legion lo sdegno insano
Mitiga e torna fra gli eterni pianti;
E abbandonando l' infelice a forza,
Si turba l' aere e il sol quasi s' ammorza.

LXXIII.

Sgombro il furor dal seno, essa vacilla
E cade come morta al suol repente;
Più non le batte il cor, più la pupilla
Non gira intorno, e più non ode o sente.
Così sotto caverna erma e tranquilla,
O corco al rezzo d' una quercia ingente
Il lasso agricoltor che quivi è colto
Dal folgore stramazza oppresso e involto.

Insequitur vulgi confestim clamor ovantis :
It coelo plausus : Francisci nomen Olympo
Assonat ; et valles circum , montesque resultant .
Tum consanguinei collapsum in tecta reportant ;
Et lymphis revocant animam, atque aspergine bacchi .

Continuo et magnum heroem , sociumque Lyaenon ,
Multa indulgentes animis, multa ore verentes ,
Sub tecta accipiunt : dapibus dehinc rite refectos ,
Stramineoque toro , atque agresti sede locarunt .

Interea nox , astriferis invecta quadrigis ,
Praecipitat cursum ; croceosque aurora jugales
Evocat Oceano totoque agit orbe tenebras :
Corripit e stratis cum se pater excitus altis
Franciscus , fidumque vocat , de more , Lyaenon ;
Hospitibusque data multa , acceptaque salute ,
Mox iter ingreditur . Comes una passibus aequis
Prosequitur , tardique vigil rude terga fatigat
Vectoris : nec deinde usquam sessoris amati
Amittit curam ; lateri sed fixus inhaeret ,
Nutantemque regit custos , et sustinet aegrum .

LXXIV.

Alzossi allor fra il popolo affollato
Un suon di mani e un prolungato evviva;
E il nome di quel grande in ogni lato
Per valli e monti celebrar s' udiva.
Dai parenti è raccolta, e in quello stato
La portan ratti alla magion nativa,
Ove con linfe e con licor squisiti
Van richiamando i suoi spirti smarriti.

LXXV.

Da gratitudin mossi e da rispetto
Poi Francesco e Leon trasser con loro,
E li allogâr sotto un agreste tetto,
Preso ch' ebber di cibo alcun ristoro. (2)
Già piegava la notte, ed al cospetto
Dell' alba il ciel si dipingeva in oro:
Francesco abbandonando allor le piume
Desta Leon siccome è suo costume.

LXXVI.

E scambiati cogli ospiti i congedi,
Ripiglia della via, nè molto lunge
Il suo fido compagno andar gli vedi,
Che all' inerte asinello il tergo punge.
Così costui lo va seguendo a piedi,
Nè d' un momento sol se ne disgiunge,
Ed amoroso gli soffolce il fianco
Quando lo mira vacillante e stanco.

Jam semel atque iterum nigros spectarat Iberos
Vesper et occiduas gentes bis sparserat umbris :
Cum Tybrim excelsi turrita heroes ab urbe
Despiciunt , inuac vallis devexa secantem ;
Et longe adspectant flavi laeta arva Subasi ;
Parvaque Reginae delubra jacentia campis
Sidereae patulis geminata voce salutant .
Accelerant ; atque hic dictis pater ipse futurum
Mulcet iter , sociumque prior compellat euntem .
Fide , audis? Audi , atque animo mea dicta recoude .
Principio cape , divini sibi numinis haustu
Quemque hominum nascentem animas arcessere puras .
Hinc illos coelestis amor rapit ; enthea namque
Ignibus aethereis , sensus effusa per omnes ,
Vis agitat mentes , et noxia corpora fraenat ;
Neve hebetent animas , terrenos temperat artus .
Et tamen hi cupiunt , gaudent , metuuntque , dolent-
(que ;
Atque omnes idem ardor habet ; sedet omnibus una
Cura boni: hujus amor vocat , allicit , attrahit omnes :
Unum id amant , cunctique optant , totisque sequuntur
Viribus: una omnes sed non via ducit euntes .

Digitized by Google

LXXVII.

Tornato era due volte Espero all' Ebro,
E dense ombre all' occaso addotte avea;
E da Turrena già vedeano il Tebro
Mäestoso irrigar l' ampia vallea..
Quando il Subasio rimirâr, più crebro
Fecero il passo e salutâr la Dea,
Di cui su vasta e fertile pianura
Sorgon dinnanzi a lor l' anguste mura.

LXXVIII.

Quindi il buon Padre con soavi accenti
Molce le noje del cammino, e dice:
— Ascolta o fido mio. Sui firmamenti
Ogn' alma trae l' origine felice:
Tutti i moti n' informa e i sentimenti
Fiamma del ciel che è di virtute altrice,
E sì governa quest' umana argilla,
Che in lei non muoja l' immortal favilla.

LXXIX.

Eppure ognuno a vili affetti serve,
Ognun gode, desia, si duole, e teme;
Ma l' ardore medesmo in tutti ferve,
Tutti allo stesso ben siam tratti insieme.
Crëature non son così proterve
Che d' ottenerlo alfin non abbian speme,
Ma per quanto anelanti e pronte stanno,
Per lo stesso sentier non tutte vanno.

Quippe hos ingenium fovet, et solertia vivax,
Natura donante, ciet; quos discere semper,
Et vitam egregias juvat excoluisse per artes,
Praestantesque usus meditando extundere rerum.
Hinc versare manu veterum monumenta virorum
Assidua curae est: atque hi modo semina rerum
Scrutantur, modo ne immensi primordia mundi
Ulla ierint; aut jam semper, nec limite primo
Clausa ingens steterit moles, rimarier audent:
Nunc juvat astrorum cursus, coelique meantis
Explorare vias: cur fulgeat udus Orion
Ense; quid hibernis protendat noctibus umbras;
Cur bruma horrescat; nix unde, unde imber, et ignes;
Grandine quis terras, quisve aethera fulmine quasset.

Forma, decorque aliis, vegetoque in corpore vastae
Optantur vires; atque his sine more parandis
Inconsulta bonis hominum gens aethera votis
Multa ouerat, divosque orat, precibusque fatigat.
Tum, quibus haec natura, parens infensa, negarit,
Dejectos, viles, inopes, miserosque vocare,
Et vitae exsortes felicis dicere suevit.

LXXX.

Vien poscia il genio, ed esso eccita e desta
I doni che natura a noi comparte,
E piacer santo il meditar ci appresta
E l'esercizio d'ogni nobil arte.
Giova a tal degli eroi cercar le gesta,
A tal del mondo le sustanze sparte,
E le leggi indagandone e il governo
Veder s'egli è creato, ovvero eterno.

LXXXI.

Talor piace scrutar l'armonïoso
Corso degli astri e delle curve sfere,
O perchè l'armi d'Orïon piovoso
Splendano, ed abbia il verno ombre più nere;
Piace saper perchè senza riposo
S'avvicedin le nevi e le bufere,
E chi la grandin fa cader sui campi,
E chi desta nel cielo i tuoni e i lampi.

LXXXII.

Altri in giovane corpo aman mostrare
Vaghezza e grazia e vigoria maschile,
E stancan folli i numi appiè dell'are
Perchè lor duri dell'età l'aprile:
E cui tai doni il ciel volle negare
Vanno chiamando ognor misero e vile,
Quasi ad esso non tocchi in questo mondo
Cosa che renda il vivere giocondo.

Verum, age, conspicuos, picturatisque nitentes
Pavones caudis, cur hac ratione beatos
Credere non ausim? cur non Massyla leones
Terra suos? Indi cur non vastos elephantos?

Jam vero externis (haec namque domestica nobis)
Quis labor, aut quae cura instet, simul adspice rebus.
Divitias optant alii, quae maxima turba est;
Nec jam quaerendi finem (namque occidit auri
Haud unquam vesana fames) fariata cupido
Agnoscit. Nondum primus jacet ardor habendi,
Cum novus insurgit; jejunos semper hiatus
Praepandit, semperque sinu tumet illa capaci.
Et jam cerne alios similes, et compare fato
Innexos. En mortis opus, vitaeque labores
Sanguineae duros juvat hos condiscere ab annis
Primaevis: tum vastifico pervadere gentes
Externas fremitu, et saevo quatere oppida bello.
Nec vero pars una orbis, non angulus unus
Sufficit immensi: sed enim insultare per ortas

LXXXIII.

Ma di', se tanto futili ragioni
Sono argomento di lietezza soda,
Dovrei dir fortunati anco i pavoni,
Perchè dipinta spiegano la coda?
Tal dirà l'Affricano i suoi leoni,
E l'Indo gli elefanti? Or ve', ci annoda
Quindi d'esterne cose inutil cura;
L'altre spontanea ce le dà natura.

LXXXIV.

Oh quanti son che aguzzano le brame
Unicamente ad ottener tesori!
Questa dell'oro scellerata fame
Aggiunge sempre stimoli maggiori;
Nè spento è il primo ardor, che altra più infame
Voglia di lucro infiamma i nostri cori:
Rigonfia sempre il largo ventre, e suole
Tener dischiuse le digiune gole.

LXXXV.

Or altri mira ad egual fato avvinti;
E appunto son color, che dai primi anni
Fur da genio guerrier fra l'armi spinti,
E fra le stragi e i marziali affanni.
Godon veder popoli oppressi e vinti,
E alle città recare offese e danni;
Solo un angol del mondo a lor non basta;
Tutto il loro furor strugge e devasta.

Aurorae libet extremos, et Tethyos undas
Pertentare rubrae, et nigros contendere ad Indos;
Scilicet ut populos late sua sub juga mittant,
Quosque ingens tellus fovet, et quos alluit aequor.
His bene credit emi turba haec male provida factis
Nomina, perpetuum quondam victura per aevum.

Sed quid ego haec tantis? quidve his te jam moror ultra?
Huc huc flecte oculos, bacchantisque agmina gentis
Perdita Achaemenio penitus nunc adspice luxu.
Hanc, virtute procul pulsa, illaudata voluptas
Pellaci trahit ore; animisque illapsa, superbum
Imperium late exercet; solioque potita,
Regna aliena premit, furtisque exultat iniquis,
Ah! gens una hominum magno quae ducis Olympo
Semina, quin tu, olim quo te dea perfida raptat,
Adspicis immanem cassum? quin provida cernis
Quo te praecipitat captam? aut unde evehit, ut spes
Eripiat certas, merito ut te fraudet honore?
Ah! fuge monstrificae, fuge Thessala carmina Circes;

LXXXVI.

Quindi amano turbar senza alcun freno
I regni estranî dell' aurora, e quindi
Di Teti insanguinar l' azzurro seno,
E portar guerra ai Garamanti e agli Indi:
Anzi agognan domar quanti il terreno
Rinchiude, e tu da noi, Nettuno, scindi;
Così d' iniqui allòr cinti le chiome
Sognano di mercarsi eterno nome.

LXXXVII.

Ma che t' indugio io più, che più ti narro?
Là volgi i lumi, e in sozze gioje immerso
Mira un insano popolo bizzarro,
Che ha di lascivi unguenti il crine asperso.
Il tiene Voluttà stretto al suo carro,
E gode in farlo misero e perverso:
Superba intanto in soglio ella s' asside,
E usurpando l' altrui, del furto ride.

LXXXVIII.

O mortali, che in ciel principio aveste
Non vedete ove l' empia or vi trascina?
Non ascoltate il suon delle funeste
Dure ritorte che per voi destina?
Spegne essa in voi la dignità celeste,
E della speme ancor vi fa rapina:
Fuggite, oh sì! con affannata lena
Da colei che v' ammalia e v' incatena.

Ne fluxis modo crede bonis : quin ardua coelo
Tolle caput , sanctumque genus , cognataque nosce
Sidera , coelestesque satus ; unde aurea prodis
O stirps , aut in quos iterum reditura crearis .
Non hic certa domus : magni plaga lucida coeli
Te vocat, expectatque, et jam patria astra reposcunt.

O pater (hic fidus tandem excipit ore Lyaeuos)
Olim ego Grajugenum , Romanorumque per ora
Haec monumenta virum passim volitare frequenter
Audivi ; quae cuncta animo simul ipse volutans ,
Spes hominum mecum saepe indignabar inanes .
At tu , si quid habes certi , si qua est via caecis ,
Qua bona vera animis optato agnoscere detur ,
Ede , pater ; tantique operis succurre labori .
Annuit ; extemploque heros sic deinde loquutus .

Unum adeo (nec cuncta vacat memorare profecto)
Hoc tantum cape : missa aliis jam caetera sunto .
Haud aegre invenies virtutum effulgere signis
Queis visum est coeleste bonum: nam quicquid acerbi ,
Quicquid terrifici , quicquid miserabilis usquam est
Exitii , non jam exhorrent , ubi vivida virtus
Coelestes animos opera ad praeclara vocarit .

LXXXIX.

Staccate il vostro cor da tutte cose
Frali e caduche, e al cielo i rai volgete;
Lassù il foco di vita in voi si pose,
Lassù sta il porto ove tornar dovrete.
La terra in cui menate ore angosciose,
Non è già vostra, ed esuli voi siete:
V' attende il ciel, v' attendono le stelle;
La vostra patria troverete in quelle. —

XC.

— Padre (interruppe il pio Leon) sovente
Udii le glorie anch' io d' Atene e Roma,
E disdegnai, volgendovi la mente,
La follia che dall' uom gloria si noma.
Ma se cosa hai tu certa e sei potente
A far d' un ceco l' ignoranza doma;
Favella, e sii di luce a me cortese. —
E l' Eroe per piacergli a dir riprese.

XCI.

— Attendi a questo sol, chè mancherebbe
E tempo e lena per parlar di tutto.
Tu molti rinverrai cui non increbbe
Da gran fatiche riportar gran frutto;
Se la stimano un bene, a lor parrebbe
Dolce la stessa morte e il duolo e il lutto;
Quando virtù l' infiammi e li consigli
Affrontano ridendo anche i perigli.

En patriae nutant dubiae res : illicet adsunt
Hinc Decii ; in flammas ruit illinc Mutius audax ,
Et ponti intrepidus Cocles defendit Hetruscos :
En acies stratae , devictaque gloria belli
Occidit : exardens , et magnae prodigus ultro
Mox animae Paulus , morti se devovet atrae .
Nimirum hi fortes : nec deerant ; provida magnos
Queis tunc mens animos valido sub corde regebat ;
Quosque fides , sanctisque decus coeleste pudoris ,
Quos pietatis amor , cultus quos fecerat aequi
Apprime insignes , et relligione verendos .
Ergo his perpetuos quis non addicat honores ?
Quis neget egregiis coelestia praemia factis ?
Non ita , ne (moneo) tu vere id : gloria quando
Ardua nequicquam sese horum attollere coelo ;
Sed dejecta solo , proclivi serpere cursu ,
Voce hominum contenta cani , plausuque foveri .
Jam vero optato quo tandem fine quiescam ;
Da placidas aures , atque haec mea percipe dicta .

XCII.

Sta temendo la patria insulti ed onte?
Ecco i Decî, ecco Muzio a la vorago,
Ed ecco solo Coclite sul ponte
Ch' intorno fa d' etrusco sangue lago.
Volge sorte giuliva altrui la fronte,
Giaccion le schiere estinte? Avido e vago
Di bell' onor Paolo al periglio vola,
E sè medesmo per la patria immola.

XCIII.

Questi fur detti forti, e molti pure
Ebber fama per senno e per fermezza:
Anime tanto in lor virtù secure,
Che il mondo ancor le celebra e le apprezza;
Esse fur liete del sentirsi pure,
Sol di fè, di giustizia ebber vaghezza;
Chi dunque fia che disconosca e spregi
Le doti lor sì rare e i fatti egregi?

XCIV.

Tu non creder così: levarsi a volo
La fama di costoro invan presume,
Ma va sempre radendo il basso suolo
Colle palustri e deboli sue piume,
Chè di plauso vulgar bearsi solo
È sua prima delizia, è suo costume:
Accogli or dunque de' miei detti il suono,
Sii savio, e intendi me' ch' io non ragiono.

Sunt geminae, quibus alta solo vestigia presso
Defigunt, quibus et captant bona turbida, plantae:
Sunt totidem umbrantes humeros, quibus aethera (tranant,
Exsuperantque cavas nubes, virtutibus alae.
Sublimem his mutae exercent, tacitaeque volatum;
Donec sidereos tractus, sedesque beatas
Vi multa arripiant. Quo postquam tramite longa
Delatae, aeternisque bonis, soliisque potitae
Optatis, constant, matura silentia cantu
Rumpunt, aethereoque exsolvunt vota Parenti,
Suspendiuntque tholo exuvias, tumulisque trophaea
Constituunt sacris, onerantque altaria donis;
Exemptaeque malis, durisque laboribus, et jam
Nequicquam incursu fortunae, aut turbine rerum
Quassandae, errores despectant aethere ab alto
Indignos hominum, et casus miserantur iniquos.

Et tunc ignavi mortales carpere durum
Usque adeo cunctamur iter, qua praevia laeto
Effulgens vultu vacat alta ad sidera virtus?
Et fugimus, coelo per quos via certa, labores?
Et, quae fida offert dux, praemia temnimus ultro?
Ultro ignominias nobis arcessimus atras?
Ah! vitae exactae pudeat, gens o bona, tandem.

XCV.

Han le Virtù due piedi, e van con questi
Ormando ognor beni insensati e frali,
Ma per tentare il vol dietro ai celesti
Spiegano al tergo due bianchissime ali;
Nè il tacito lor vol fia che s' arresti,
Se non quando son giunte alle immortali
Soglie d' Empiro, dove in trono assise
Dall' eterna bontà vengon sorrise.

XCVI.

Il sì lungo silenzio allelujando
Rompono allora e fan preghiere a Dio,
E di doni e di fior l' are colmando,
V' appedon sacre spoglie in atto pio.
Ivi allor posta ogni fatica in bando,
E deluso di sorte il volger rio,
Gli umani error miran dagli alti chiostri,
E sentono pietà dei mali nostri.

XCVII.

E gli uomini saran così codardi,
Vili così per non seguir la strada,
Dove l' invita co' suoi dolci sguardi
Virtù, che per lei vuol che in ciel si vada?
Fuggiranno i travagli, e saran tardi
Per girne al premio che mostrar le aggrada?
E farem che su noi quest' onta scenda?
Ah! dei trascorsi dì rossor ci prenda.

Aligerae jam scande leves, age, concita bigas
Virtutis; vacuasque alte molita per auras
Lora manu, tacitos exerce muta volatus.
Neve deinc pedibus terras devexa per imas
Curre iter: at magna tantum duce sidera forti
Congressu pete; et ingentis sacra ostia coeli
Praedatrix irrumpe boni, sedisque beatae:
Unde voluptatem irrisam, secura malorum
Arce sedens tuta, jam tum ore immane frementem,
Bacchantemque animo, et frustra sua damna gemen-
(tem,
Despectare queas; Stygis unde horrentia subter
Moerentis vada, Cocytique tumentia luctu
Stagna, Acheronteique ardentes gurgitis aestus
Cernere erit; quo sontum animae, turbaeque nocen-
(tum
Fulmine dejectae immani, flammantibus undis
Pendunt supplicia, et jugi torrentur in igne.

Hoc iter heroes longum sermone levarant.
Et jam finis erat dictis: delubraque Divae
Haud longe apparent simul improvisa potentis.
Vix introgressi, et Superos de more precati,
Cum subito occurrit comitum laetissima pubes;
Excipiuntque patrem, et subvectum molliter ulnis,
Sub penetrale ferunt, fessumque ex ordine curant.

XCVIII.

Or via, mortal, su la veloce biga
Dell' alata Virtù, via dunque ascendi,
Le briglie afferra ed animoso auriga
Tacito e in te ristretto il cammin prendi.
T' affretta, in alto i corridori istiga,
Sdegna la terra e verso gli astri tendi,
Finchè varcate le celesti soglie
Nei beni lassù sazî le voglie.

XCIX.

Assiso in alta rocca allor vedrai
La Voluttà derisa e furibonda,
L' udrai dintorno gir traendo guai,
E sotto lei fremer di Stige l' onda;
Per pianto brontolar Cocito udrai
E Flegetonte che di fiamme abbonda,
Ove le fulminate alme impudiche
Pagan col foco le lor colpe antiche. —

C.

Con questo sermonare i peregrini
Le noje ingannan de la lunga via,
Quando ad un tratto si trovâr vicini
Al tempio de la vergine Maria.
Entrano, e stanno genuflessi e chini;
Finchè un lieto drappel di socî uscia,
Che il padre accolgon sulle braccia loro,
E dànno altrove ai membri suoi ristoro.

Et jam sidereis postquam fulgoribus artus
Accensus, gressuque tremens, et debilis aegro,
Franciscus pater Hetruscis decesserat oris,
Bis Titan, retro cursu flammante reducto,
Liquerat Aemonii glacialia sidera monstri;
Bis tumidum radiis Cancrum lustrarat anhelis;
Et quater umbra ierat luci par nigra diei;
Parque hominum sopita quies quater acta labori:
Cum Genitor Divum, et summi Regnator Olympi,
Innixus solio stellanti luce corusca,
Totus amore flagrans, et laeta mente serenus,
Aetheraque illustrans vultu, media arce sedebat;
Perpetuumque dabat cursum lucentibus astris;
Et rerum vitas animo fundebat ab alto.
Cui Natus. Meme, o Genitor, nunc ipsa vocat res:
Nunc et tempus adest (tibi enim jam cognita primum
Summa omnis rerum, et miri sententia facti)
Signiferi tandem quo dura incommoda nostri
Adspiciam; atque acres miserans per membra dolores
Languida serpentes, praesens mitescere cogam.

CI.

Poichè da Cristo ebbe il sigillo estremo
E l' Etruria lasciò debile e infratto,
Due volte il Sol della sua luce scemo
Il tessalo Centauro avea già fatto:
E a folgorar del suo raggio supremo
Due volte il gonfio Cancro avea ritratto;
E quattro ancora fecero ritorno
Il riposo e l' oprar, la notte e il giorno.

CII.

Nel mezzo della reggia allor si stava
Sieduto il re del cielo e della terra,
E mentre di sua luce irradïava
Quanto lassù si circoscrive e serra;
Colle sue man nell' orbita guidava
Ogni astro che lassù fiammeggia ed erra,
E dal suo grembo creator fecondo,
Uscia la vita che fa bello il mondo.

CIII.

Il Verbo disse: — o Genitor, gli eventi
S' affrettano ed il tempo è già maturo;
E tu sai tutto, chè ti son presenti
Le cose che verranno e che già furo.
Or di soccorrer dunque a me consenti
Francesco nel suo strazio acerbo e duro,
Consenti che lenir quel duolo io possa
Che a lui consuma le midolle e l' ossa.

Digitized by Google

Tu, Pater (hoc matura dies, hoc postulat heros
Jam tempestivus coelo) viden', aeger ut annos
Jam binos mea signa ferat? Modo numine votis
Cede meis facilis: heroem da solvere nexus
Mortales: duros da jam exhaurire labores:
Da puram, insontemque animam jam pondere molis
Terrenae exutam, convexa revisere coeli,
Et laetam augusta nobiscum haec sede potiri.
Opportuna peto: sine, me hoc modo posse petentem:
Prosit eum mihi: jam similem haec mea signa tulisse.

Filius haec: contra cui mox Pater, oscula libans,
Aeternoque fovens gremio, amplexuque cohaerens,
Intulit. An ne tuas vires quicquam effugit usquam,
Nate! Quid hoc precibus tantis onerare necesse est?
Quid fato addictum petis? Opperiuntur amatum
Heroem magni dudum alta palatia coeli.
Ergo, age (quando amor is tibi nunc, ea, Nate, vo-
(luptas
Est animo) i, tecum sublimem tolle per auras
Indigetem: siste huc altum, et bonus infer Olympo:

Digitized by Google

CIV.

Sì, questo il tempo chiede, e questo implora
L' Eroe ben degno che da noi s' appaghe.
Vedi, due verni son che s' ange e plora
In sè portando le mie stesse piaghe.
Tu dunque, o Padre, senza più dimora
Accogli le miei preci e le fa paghe:
Fa che egli rotta la mortal catena
Ottenga il fin della sì lunga pena.

CV.

Così l' anima pura e benedetta
Uscita alfin dal suo terrestre velo
Venga il seggio a goder che a lei s' aspetta,
Con noi quì venga a trïonfar nel cielo:
A far che io possa quanto vo' t' affretta,
E quanto io vo', non ti nascondo e celo:
Giovi a Francesco aver quei segni stessi
Che tu mi vedi sulle membra impressi. —

CVI.

Il Figlio in questa guisa. Il Padre al seno
Lo strinse allor, baciollo, e poi rispose:
— E preghi tu? venne il poter tuo meno?
Quanto vuoi già per me non si dispose?
Atteso è già quel Serafin terreno
In queste sedi eterne e gloriose;
Se dunque hai tal desio, vanne, e il trasporta
Quì dove ogni mortal miseria è morta.

Imo, acies (si quando) omnes nunc instrue gentis
Aethereae, laetis quae te comitentur ovantes
Ordinibus; quae voce canant facta inclyta magni
Signiferi: ceu, post pugnata, evictaque bella,
Post rapta arma virum, exuviasque, hostesque su-
(bactos;
Magnanimos reges turbae, pupulique, patresque,
Laetitia exciti, et ludis, plausuque frementes,
Attollunt coelo, et claros dant ire triumphos.

Talia sidereus Genitor: vox aethere toto
Interea rumore sonat, spargitque secundo
Laetitiam superis, coelique alta atria complet.
Scilicet audierat Volucrum gens affore tempus,
Quo tandem, insignis stellis fulgentibus artus,
Astra Subasaeus conscenderet arduus heros,
Conciliis superum decus, atque honor additus ingens.

Ergo omnis toto legio fremit excita coelo
Altitonum, laetumque sonat; stellantia passim
Tecta novis fervent studiis. Tum regia Proles,
Aeternoque aequeva Patri, fidum eligit omni
E numero Volucrum; breviter cui talia mandat.

CVII.

Anzi, se vuoi, tutte l'eteree squadre
Raduna e teco in ordine le adduci,
Perchè cantin per via l'opre leggiadre
Di lui che del tuo amor consumi e bruci.
Tal dopo guerre sanguinose ed adre,
Dopo vinti i nemici, ai sommi duci
La plebe e i padri applaudian festivi,
Finchè il momento del trionfo arrivi. —

CVIII.

Tacque l'eterno Genitore, e l'etra
Parve al suo dir farsi più ardente intorno:
Nuova gioja a' celesti il cor penètra,
E tutto ride l'immortal soggiorno.
Gli angeli già sapean, che dalla tetra
Valle del mondo di cinque astri adorno
Or Francesco dovea salir fra loro,
Vanto novello del beato coro.

CIX.

Sicchè ciascuna angelica legione
Esulta, e tocca d'arpe e di salteri;
E tutta ferve l'eternal magione
Di nuove cure e nuovi ministeri.
Il Figlio allora un volatar garzone
Sceglie fra più venusti e più leggieri,
E fattolo venir dinnanzi, in breve
Gli espone quanto far per lui si deve.

Et rupes tarpeja tibi, rupisque colona
Magna Jacobe, olim nota est. Age, donec utramque
Adspicias, te nulla quies, mora nulla volantem
Praepediat; lucus nec te Soractis amatus
Detineat celsi. Cursus dehinc fine potitus,
Mox decus Ausonidum, specimenque insigne pudoris
Divini, his tantum praeclaram heroida dictis
Alloquere: I, mater, festina, Subasida terram,
I, pete, Francisci funus structura supremum.

Rex tantum: zephiros cursu praevertitur Ales,
Et sublimis adhuc medium verrebat inane;
Cum jam dejectas Capitoli despicit arces.
Tum vero devexus iter declinat, et imum
Turbineo flexu descensum, et nubila gyris
Circinat obliquis; Jacobes ardua clavae
Donec tecta volans stringat plaudentibus alis.
Ventum erat ad castas sedes: incognitus alto
Infert se thalamo: matrem hic (venerabile visu!)
Conspicit egregiam; haud quicquam sub pectore curas
Degeneres versantem, animo aut quid vile putantem
Tantum autem arcano fruitur taciturna deorum
Colloquio, et Patrem compellat mente supremum.
Tunc ergo his (neque enim effigie, sed voce fatigat
Ales eam) sese jussis onerarier undit.

CX.

Abitatrice è Giacoma, tu il sai, (3)
Del Campidoglio: or ben tosto a lei vola:
Posa ai vanni fin là tu non darai,
Sfuggi pure il Soratte e a lui t' invola.
Quindi del corso al fin quella vedrai
Ch' è per pudore al mondo unica e sola;
E le dirai: l' Asio ti vuol; su quello
Va di Francesco a preparar l' avello. —

CXI.

Ciò disse: al corso i zefiri oltrepassa
L' Angelo, e il mezzo ancor del ciel tenea,
Quand' ecco d' improvviso il volo abbassa,
Chè scopre la fatal rupe Tarpea.
Con giri obbliqui a la region più bassa
Poi de' venti e de' nugoli scendea,
E giunto della donna al ricco albergo,
I vanni alfine si ripiega al tergo.

CXII.

E sconosciuto dell' ostel pudico
S' inoltra fin negli aditi secreti;
Matrona è quì di venerando e antico
Sembiante, e d' atti casti e mansueti;
Ch' ogni pensiero d' onestà nemico
Spregia, e solo gli affetti in Dio fa queti.
L' Angelo allor, sè stesso a lei celando,
Le palesa di Dio l' alto comando.

Laetus ad aetheram (mora parva) Subasius heros
Tendit iter sedem , et terrena mole solutos
Spiritus . Eois mox sese interseret astris .
Tu ne dissimula , neu magno defice amico :
Busta etenim te sancta vocant , supremaque poscunt
Funera : (tolle moras) ades obsequiosa sepulchro :
Non hominum canit haec ; sed numinis affert .
Sic monet , effugitque Ales , monitamque reliquit .

Hi motus coelo . Terris memorabile nomen
Francisci simul effulget , simul ora Subasi
Omnis ovans heroa canit : templa alta resultant
Concentu , precibusque : omnis calet ara Sabaeis
Messibus , igne micat , libisque et floribus halat .
Una autem ante alias splendet , praeque omnibus una
Reginae divum fervet conventibus aedes .
Jamque Subasaea cives ex urbe frequentes
Saepe aderant : unaque viri tantum unius omnes
Conspectum inhiant , et inusta insignia membris
Divina ingenti contendunt cernere amore .
Nec minus excitae vicina per oppida gentes ,
Foemineos coetus , puerosque , chorosque puellarum
Ore , manuque viri lustrandos , undique ad aedem
Trasmittunt Divae , et votis sacra tecta frequentant .

CXIII.

— Spoglio del velo uman l' Eroe d' Ascesi
A brillar fra le stelle andrà fra poco:
Tu non tener più gli animi sospesi,
Soccorri a lui già moribondo e fioco.
Va; le funebri pompe e i tuoi cortesi
Ufficî omai sulla sua tomba invoco:
Uomo non son, ma messagger di Dio! —
Disse, e improviso l' Angelo svanìo.

CXIV.

Questo avveniva in ciel; la terra intanto
Le virtù di Francesco esalta e onora;
Scioglie il Subasio di letizia il canto,
In tutti i templi suonan preci ognora.
Ornansi l' are di festivo ammanto,
Di fior, d' incenso l' aer si vapora;
Ma per l' accorso popolo fervea
Su tutti il tempio de la bella Dea.

CXV.

Dalla città che appiè dell' Asio giace
Escon gli abitator più spessi e folti;
Ognun quel viso d' affissar si piace,
E i sacri segni in le sue membra accolti.
Ma stimola ogni cor la stessa face
Nelle borgate e nei vicini còlti,
E mandan putti, vergini e matrone
Ad ottener la sua benedizione.

Et jam Rex superum, structis de more choreis,
Maturabat opus; decora immortalia ab imo.
Conciliis Divum, et summo jam debita Olympo,
Secum una aethereis vecturus ad astra quadrigis.
Ergo aderat tempus non eluctabilis horae,
Quo Parcae niveis pensis extrema legebant
Stamina Francisco. Confestim praescius ille
Agnovit fatum, atque animo exultante recepit
Spes immortales, felicisque otia vitae.
Tum vero has, orans, effudit ad aethera voces.
Magne hominum, divumque Parens, Sator optime (rerum
Tuque una aeterni Proles, aequaevaque Patris,
Et vos Alitum cunei; indigetesque beati;
Accipite, oro, hodie Franciscum extrema loquentem
Et date, quaeso, meis devexas vocibus aures.

Si vacet, et sontis numero comprendere noxas
Pergam animae, si quam saepe olim perditus ipse
(Nam neque erat tecum concors mea caeca voluntas,
Nec virtutis iter meme tunc ire juvabat)
Ore profanarim tua jussa, exorsus ab alto
Principio referam, memoremque infanda meorum
Pressius ausorum, et veteris contagia vitae;
Quis fandi modus? aut quo tandem fine quiescam?

CXVI.

E già l' eterno Re secondo l' uso
Disposti i cori angelici, apprestava
Tutto di luce con cocchio circonfuso,
Con cui trarre Francesco al ciel pensava.
E già la Parca raccogliendo al fuso
L' ultimo stame di sua vita andava:
Prevedendo il suo fato ei non si dolse,
E l' alma ai gaudî di lassù rivolse.

CXVII.

Quindi snodò tai supplici parole:
« Tu, Padre, che le cose hai già create,
Tu al Padre coegual, coeterna prole,
Angeli santi ed anime beate;
Con la bontà con cui per voi si suole
L' estremo del mio cor voto ascoltate,
L' ultima volta ch' io v' invoco e prego,
Deh! per pietà non vi mettete al niego.

CXVIII.

Se le mie colpe numerar, se mai
L' onte volessi che a tua legge ho fatto,
(Chè lungamente la virtù sprezzai
Seguendo il reo cammin da cui m' hai tratto;)
Se volessi contar quanti passai
Giorni di te dimenticato affatto;
Tutto narrando il mal ch' io feci allora,
Qual del dire il principio e il fin qual fôra?

Et tamen o Genitor, nec tu das sanguine poenas
Me luere immanes; nec crimina tanta reposcis,
Quae meminisse pudet, mens quae sibi conscia facti
Nunc horret, culpatque adeo, refugitque. Sed o jam
Discite, mortales, quo me pia numina tollant,
Unde vocent, quae deinde parent, quo laudis honore
Dignentur. Si qua innumerae decus agmina gentis
Magna ferunt ducibus, nostros aequare triumphos
Quis valeat? nostro quae sese gloria regno
Componat? vires nostrae quis provocet urbis?
Stant vi fixa sua fundamina trina, superque
Moenia consurgunt, et propugnacula circum
Horrescunt: heroes ab aggere mille coruscant,
Aeratisque micant peltis, atque ensibus omnes
Fatiferis, martis turba haud ignara cruenti.
At non haec nostro, o Genitor, quaesita labore
